# AKTA

## GRODZKIE I ZIEMSKIE Z CZASÓW RZECZYPOSPOLITEJ POLSKIEJ

Z ARCHIWUM TAK ZWANEGO BERNARDYŃSKIEGO

## WE LWOWIE

W SKUTEK FUNDACYI

śp. Alexandra hr. Stadnickiego

WYDANE STARANIEM

**GALICYJSKIEGO WYDZIAŁU KRAJOWEGO.**

## TOM II.

---

**LWÓW.**

Główny skład w księgarni Seyfartha i Czajkowskiego.

Z DRUKARNI ZAKŁADU NARODOWEGO IMIENIA OSSOLIŃSKICH.

1870.


LIBRARY
1963
UNIVERSITY OF TORONTO

# PRZEDMOWA.

Ogłaszając materyały z archiwum tak nazwanego Bernardyńskiego dwie w niém uwzględnić trzeba części od siebie różne: oblaty dokumentów i zapiski sądowe. W pierwszym tomie wydawnictwa tego ogłosiła komisya seryą oblat takich, zanim zaś przystąpi do publikacyi zapisków, postanowiła choć w części jeszcze bogaty w oblatach tych złożony materyał wyczerpać.

Przy tém atoli zwróciła komisya uwagę swą na jedną okoliczność.

Oblaty zawarte w aktach grodzkich i ziemskich stanowiących archiwum tak nazwane Bernardyńskie, zwłaszcza zaś późniejsze, do ksiąg sądowych z taką były niedbałością i nieznajomością rzeczy wpisywane, że aż za często napotykamy w nich nie tylko pojedyńcze słowa, ale nawet całe ustępy niezrozumiałe. Przy ogłaszaniu ich zatém nastręczają się nieraz trudności w restytuowaniu textu tak wielkie, że mimo wszelkich starań usunąć ich nie podobno. Trudności te usunąćby można, gdyby się pod ręką miało oryginały lub przynajmniéj staranniejsze i wcześniejsze kopie tych dokumentów, z których oblaty owe robiono. Co do tomu, który obecnie składamy publiczności, komisya znajdowała się w tém szczęśliwém położeniu, że z takich oryginałów prawie bez wyjątku korzystać mogła.

Tutejsze bowiem archiwa kapitulne, konsystorskie i arcybiskupie obrz. łac., jako i OO. Dominikanów przechowują znaczną ilość cennych, oryginalnych dyplomów, odnoszących się po największéj części do dóbr, które albo dziś jeszcze znajdują się w posiadaniu tych korporacyi, lub kiedyś przynajmniéj do nich należały. Że zaś według zwyczaju sądownictwa dawnéj Rzeczypospolitéj Polskiéj każdy przywiléj,

*

każdy dokument zwłaszcza zaś odnoszący się do własności prawie bez wyjątku oblatowano rychléj lub późniéj w aktach sądów grodzkich lub ziemskich, nasuwał się jak najnaturalniejszy i uzasadniony wniosek, że i owe wyż wymienione dokumenta oblatowane będą w tychże aktach i to właśnie tych grodów i ziem, których pozostałe zabytki złożone są w archiwum tak zwaném Bernardyńskiém.

Poleciła zatém komisya Dr. Xaweremu Liskemu, którego od Stycznia r. 1869 Wydział krajowy powołał do wydawnictwa, aby przejrzał powyżéj wymienione archiwa i zdał jéj sprawę z zawartych w nich materyałów. Dr. Liske, napotkawszy ze strony osób, którym zarząd owych archiwów jest powierzony, największą uprzejmość i najskrzętniejszą pomoc, mógł w stosunkowo dość krótkim czasie przedłożyć komisyi nasamprzód streszczone spisy przechowanych w nich dokumentów. Komisya wysłuchawszy referatu i zgodziwszy się w zasadzie na przyjęcie ich do wydawnictwa, poleciła Dr. Liskemu zająć się przepisywaniem tych dokumentów a zarazem, o ile możności, odszukaniem oblat ich w archiwum Bernardyńskiém. Dr. Liske w ubiegłym roku przedłożył komisyi skutkiem polecenia tego sto trzydzieści i trzy dokumenta z XIV i XV wieku, w odpisach przez siebie wygotowanych, które komisya, wyznaczywszy poprzednio dwóch członków z grona swego do bliższego zbadania ich, przyjęła do wydawnictwa.

Po przyjęciu dokumentów tych zajął się z polecenia komisyi Dr. Liske przygotowaniem ich do druku, a mianowicie zaopatrzeniem ich w objaśnienia (częścią z własnych, częścią z dostarczonych mu przez X. kanon. Pietruszewicza*] i prof. Szaraniewicza materyałów), indexy, spis treści i przedmowę, wreszcie zaś przeprowadzeniem ich przez druk.

Tak powstał tom, którego związek z archiwem tak zwaném Bernardyńskiém wykaże spis następujący:

---

*] Wszystkie objaśnienia ks. Pietruszewicza, który przepisał także dwa ruskie dokumenta zbioru tego, opatrzone są sygnaturą *A. P.*

1) Z oblat tylko, ponieważ oryginałów odszukać nie było można, wzięto Nr. 16. 19. 39. 118 czyli razem . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 4
2) Z oryginałów, według których odszukane oblaty sprostowano, Nr. 26. 40. 41. 58. 97. 112. 132 czyli razem . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 7
3) Z pergaminów, które nie są niczem innem, jak wypisami z aktów Bernardyńskich, wygotowanymi przez urzędników ziemskich lub grodzkich na żądanie stron Nr. 60. 62. 70. 71. 72. 77. 78. 80. 82. 83. 89. 91. 92. 93. 95. 96. 98. 99. 100. 101. 104. 106. 107. 108. 109. 113. 114. 120. 121. 122. 123. 129. 131 czyli razem . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 33

W obec ogromu aktów Bernardyńskich i ze wszech miar niepraktycznych indexów jego nie było można dotąd odszukać oblat reszty dokumentów, według wszelkiego prawdopodobieństwa jednak znajdują się i one w dawniejszych lub późniejszych księgach. Poszukiwania te w takim tylko razie z łatwością uskutecznić się dają, jeżeli na odwrotnéj stronie dokumentu zapisano w jakim grodzie i kiedy przywiléj ten był wpisany do aktów. Zwyczaj ten atoli dopiero w bardzo późnym czasie w sądownictwie naszém się rozpowszechnił, pomiędzy powyżéj wymienionymi dokumentami bowiem napotkaliśmy takie, których oblaty odszukaliśmy a mimo to na odwrotnéj stronie dyplomu nie było żadnéj o nich wzmianki.

Zresztą znaczną tutaj pomieszczoną część dokumentów przyjąć by należało do wydawnictwa nawet wtedy, choćby o nich stanowczo zadecydować można, (o czém jednak w żadnym razie mowy być nie może), że nigdy nie były oblatowane, ponieważ owe dokumenta z oblat wzięte zrozumieć dokładnie tylko można przy pomocy innych, których oblat dotąd nie odszukano. I tak z trzynastu w tomie tym wydrukowanych dokumentów odnoszących się do wsi Werbiża było tylko można z dwóch odszukać oblaty, w każdym razie zaś wszystkie bez wyjątku pomieścić w wydawnictwie tém by należało, choćby nawet ani jeden z pozostających jedenastu nie był oblatowany w archiwum Bernardyńskiém, owe dwa oblatowane dokumenta bowiem tylko w związku z resztą mają znaczną wartość, podając nam bez przerwy historyą powstania, rozwoju i przechodzenia z ręki w rękę

posiadłości téj. To samo powiedzieć możemy o dokumentach odnoszących się do wsi Wicynia, Kozłowa i wielu innych.

Mała cząstka dokumentów zbioru tego już poprzednio była drukowana bądź to jako dodatek do rozprawy Al. hr. Stadnickiego w trzecim tomie Biblioteki Ossolińskich, bądź też w Dodatku Tygodniowym do Gazety Lwowskiéj. Dokumenta z trzeciego tomu Bibl. Ossol. atoli już po śmierci autora wydrukowane, skutkiem tego widocznie, zawierają tyle niedokładności i omyłek, że ich powtórny przedruk koniecznie nastąpić musiał, Dod. tyg. do Gaz. Lwowsk. zaś mimo poprawności, z jaką umieszczane w nim przywileje po największej części drukowano, w dalszych kołach prawie zupełnie jest nieznany.

Nie potrzebujemy pewnie nadmieniać, że zachowaliśmy z największą sumiennością i ścisłością pisownią oryginałów, modernizując jedynie tylko litery *u* i *v* z wyjątkiem imion własnych. Wiadomo bowiem, że w XIV i XV wieku dwóch tych liter pisarze używają bez wszelkiego ich rozróżnienia, bez wszelkiéj konsekwencyi, z największą samowolą. I tak wyraz *unum* piszą raz *vnum*, raz *vnvm*, raz *unvm*, raz wreszcie *unum*, co sprawia jedynie wielkie zamieszanie a nie jest żadném ani paleograficzném ani chronologiczném kryterium.

Miłego przy tém dla nas dopełniamy obowiązku wyrażając publiczne podziękowanie za niezwykłą uprzejmość, z jaką nam Jego Excelencya ks. Arcybiskup Wierzchlejski, JW. ks. Infułat Ostrawski, Przewielebny ks. Przeor Jarzębiński i Wielm. ks. Kanonik Morawski i ks. Kanclerz Zabłocki stawili do dyspozycyi zbiory pod opieką ich się znajdujące.

Niemniéj konstatujemy z przyjemnością i wdzięcznością, iż Świetne Prezydium lwowskiego c. kr. Sądu krajowego odstąpiło od zarządzenia, wedle którego dostarczaniem materyałów z archiwum Bernardyńskiego dla pierwszego tomu wydawnictwa zajmować się mogli tylko pisarze z ramienia c. k. Sądu przeznaczeni — i przyzwoliło pismem z dnia 3 lu-

tego 1868 l. 339, ażeby odpisy z pomienionego archiwum sporządzane były przez tych, których komisya uzna za odpowiednich. Okoliczność ta bardzo pomyślnie wpłynęła na ułatwienie i przyspieszenie pracy około wydania niniejszego tomu.

Nie pozostaje nam nic innego, jak oddać tom niniejszy w ręce publiczności zajmującéj się dziejami przeszłości kraju naszego, w nadziei, że przyczyni on się niemało do wyświecenia historyi wewnętrznéj XIV i XV wieku.

We Lwowie dnia 11 Maja 1870 r.

W imieniu wydawnictwa:

**Oktaw Pietruski.** **Dr. Xawery Liske.**



# I.

**Kazimierz Wielki poświadcza Jerzemu, Rupertowi i Małgorzacie, dzieciom Macieja byłego wójta lwowskiego, jako ich własnością są: młyn zwany Schilzkikut, wieś mały Winnik i posiadłość alodyalna Podpresk zwana.**
**1352.**

In nomine domini amen. Quoniam ab humana memoria omnes res elabuntur, si non sint solempni Titulo Literarum et fidedignorum Testimonio perhennate, Nos igitur Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, Cracovie, Sandomirie, Lancicie, Cuiavie, Pomarie (*sic*) et Russie Notum facimus tam presentibus quam futuris, Quod in Nostra Nostrorumque baronum presencia Constituti discreti viri Georgius et Rupertus, fratres et Germani fily Condam Mathie bone memorie advocati Lemburgensis, Cum domina Margaretha, sorore Ipsorum uterina, sufficienter et probabiliter Nostram Edocuerunt Magestatem, Quomodo molendinum Schilzkikut Cum piscina ante Civitatem Lemburgensem situatam, Inquo (*sic)* Quidam molendino singula frumentorum genera moluntur seu molere possunt preter solum brazeum, Et villam maly wynik dictam Eciam cum molendino et piscina et thaberna in eadem situatis una cum allodio Podpresk dicto, adeandem (*sic*) villam pertinentes cum omnibus eorum utilitatibus, usufructibus, Iuribus, Dominys, proventibus, Censibus Exnunc ibidem existentibus, agris cultis et in cultis (*sic*) et Eciam de novo exstirpandis, Silvis, Rubetis, Nemoribus, aucupacionibus, venacionibus, aquis aquarumve decursibus, pratis, pascuis Cum omnibus quoque adherencys infra limites dicte ville maly wynyk et allody supradicti, Que ibidem sunt et infuturum excogitari possunt, Pater ipsorum supradictus pro certa emerat pecunie summa, Que inquam bona Discreto viro Bertholdo, Olym advocato Lembergensi, Avo ipsorum, Per magnificum principem felicis recordacionis Dictum Leonem Ducem

Russie pro suis fidelibus servicys donata dinoscuntur, Graciose petentes nostram excellenciam, ut predicta omnia bona ipsis privilegio nostro Regali incorporare et confirmare dingnaremur (*sic*). Nos vero subditos nostros in ipsorum Iuribus Conservare volentes Et presertim incolas nostre civitatis Lemburge, Exnunc prefata bona supradictis Georgio, Ruperto et Margarethe et eorum posteris Appropriamus, in Corporamus (*sic*), tribuimus et donamus et Tenore presencium perpetue Confirmamus perpetuis temporibus iure hereditario pacifice possidenda, habenda, tenenda, vendenda, libere resingnanda (*sic*), Quemadmodum ipsorum placuerit voluntati. Insuper Nos animadvertentes fidelia supradictorum Georgy, Ruperti et Margarethe servicia, nostre magestati temporibus opportunis creberrime exhibita, Propter que humilimis peticionibus ipsorum decrevimus gratuite inclinari Ipsosque Condingna reconpensa provide remunerari Ex Nostra speciali gracia Sic ex Iam dicti Nostri fideles Georgius, Rupertus et Margaretha eorumque posteri Molendina ipsorum supra scripta Construere, unum quodque Cum tribus et quodquot Rotis Ipsis placuerit et edificare valebunt, Eciam et Rivulos seu aquarum meatus de montibus et vallibus per silvas et Campos perprata (*sic*) et paludes quocunque modo pro utilitate et profectu eorum molendinorum melius possint excogitare, plenam habent ducendi potestatem, Omni impedimento Cuiusvis status et condicionis dominorum seu eorum procuratorum procul moto. Harum nostrarum sub Testimonio Literarum Volumus et Quod nullus Iudicum prefati Regni Russie habeat Iudicare Kmethones et incolas supradicte wille Maly Wynyk nisi heredes veri et possessores Iam dicte wille. Hy et enim possessores seu heredes Cum uno balistario servire tenebuntur, quocienscunque expedicio generalis in Terra Russie fuerit proclamata. In Cuius rei Testimonium presentes fieri iussimus et sigilli nostri Regalis appensione roborari. Actum et datum Lemburge feria quarta infra Octavas assumpcionis sancte Marie virginis gloriose (*22 Sierpnia*) Anno domini M. CCC. Quinquagesimo secundo, presentibus strenuis et validis floriano nostro Cancellario, Henrico Castellano Wysliciensi, Hermanno procuratore generali, abracham Capitaneo Russie, Prandotha magistro coquine nostre et Nycolao Dalawsky[1]).

[1]) *Schilzkikut* należy czytać z ruska Selskykut to jest Sielski kąt. *Podpresk* allodium, zdaje się, podało początek do dzisiejszej wsi *Podbereżce*, za Winnikami w powiecie lwowskim położonej, gdzie część tejże wsi od Winnik nosi nazwę „*Na kutach*", co przypomina powyższe uroczysko: *Selsky kut*. Z wiosek *Wielki* i *Mały Winnik* według dawniejszego rozdziału powstała bez wątpienia dzisiejsza posiadłość Winniki. które znowu dały początek przyległej nowej osadzie Winniczki. *Abraham Capitaneus Russie*, przywiedziony w dyplomacie jako świadek, jest *Abraham heres de Baranow Capitaneus Lamburgensis*, na którego prośbę król Kazimierz W. nadał *Petraszowi de Kygey* wieś Zwartów w 1358 roku. Zobacz X. S. Barącz Towarzysz Duchowieństwa Katolickiego, Tarnopol 1864, str. 486, a także dyplom z r. 1364 umieszczony pod Nr. II w niniejszym zbiorze. *A. Pietruszewicz.*

Imie Abraham świadczące, zdaje się, o pochodzeniu ormiańskiem napotykamy w tym tu zbiorze jeszcze raz

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. XIV, nr. 2) dobrze zachowany, z wielu skróceniami pisany. Na sznurze z jedwabiu czerwonego zawieszona woskowa pieczęć majestatyczna Kazimierza Wielkiego do połowy odłamana, z szczątkami napisu w obwodzie:

Kazimirus. Di. G. . . . . . . . . . Cuyav. Pomoraie.

Na odwrotnéj stronie pergaminu napis nieco późniejszy:

privilegium super molendinum extra Civitatem dictum Seliczowe Kuthy alias Stachirovsky cum libera deduccione fluviorum per prata paludes etc. Anno 1352.

## II.

### Kazimierz Wielki darowuje wieś Dmytrowice wraz z prawem sądownictwa Wacławowi synowi Żegoty Gołuchowskiego i jego prawnym spadkobiercom.

### 1364.

**In nomine Domini Amen.** Quod magnifica regum fieri decreverit auctoritas ratum atque stabile debent permanere. Igitur nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie nec non Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lanczicie, Cuyavie Pomoranieque dominus et heres perpetue memorie commendantes tam presentibus quam futuris harum serie litterarum quibus expedit notum facimus universis. Quod considerantes fidelia servicia nobis per Venceslaum filium Zegote de goluchow in pensa (*sic*) ad peticionem Strenui Militis Domini Ottonis Capitaney terre Rusie[1]), Damus, Tradimus et Donamus predicto Venczeslao cum veris legitimis suis villam nostram Dmitrouicze, sitam in terra Lamburgiensi, sicut in suis granicys est circumferianciter (*sic*) distincta. Excipiendo pro nostro Castro piscinam sanaua nisi tantum dictus venceslaus diebus ieiunis pro se pisces procurare debet, quam villam Dmitrouicze temporis (*sic*) perpetuis pacifice obtinebit cum agris, pratis, rubetis, molendino ac alys omnibus utilitatibus, que nunc sunt aut fieri posunt (*sic*). Inquaquidem villa damus saepedicto[2]) venceslao una cum

---

w dokumencie z r. 1421: Abraham alias Awdancez in Kukomessze. Nazwisko ostatniego świadka Nycolaus Dalawsky nasuwa porównanie z osobistością po kilkakroć w tym zbiorze wymienioną, a nazywaną późniéj Iohannes dictus Cola heres in Daleyow lub po prostu Iohannes Cola de Daleyow (zobacz dok. z r. 1427 i z r. 1402). Tę samą osobistość nazwano w dokumencie ruskim oddrukowanym w Dod. do Gaz. Lwowsk. 1857, nr. 39: *panu koli dalujewskomu*, czyby może ów „Cola“ nie był po prostu ten sam Nycolaus Dalawsky tutaj jako świadek wymieniony?

[1]) Otto Capitaneus terre Russie bez wątpienia ów jako świadek niżej podany Otto heres de Pilcza a prawdopodobnie ten sam, którego dypłom z r. 1351 wydrukowano w Aktach zapadnoj Rossii, Tom I (hramota halyckoho starosty Otona).

[2]) W oryginale napisano: sępedicte, jest to jedyny przykład odróżnienia ae od e, jedyny, który we wszystkich w zbiorze tym umieszczonych dokumentach napotkaliśmy.

veris legitimis suis omnem facultatem vendendi, donandi, commutandi et pro sua voluntate ac utilitate convertendi. Damus Eciam antedicto venceslao cum veris succedaneis eius exutraque parte tam masculino quam feminino descendentibus, ita quod coram nullo respondebit, nisi coram nobis aut nostro Capitaneo, qui pro tunc fuerit loco nostri. Kmethones vero ipsius coram nullo, nisi coram suo domino et herede. Cui damus Causas criminales audiendi, Iudicandi et pro ipsius criminibus culpabiles et demeritos sinuandi, condempnandi et puniendi. Dequibus quidam (*sic*) donacionibus et hereditate dictus venceslaus ac posteritas eius nobis nostrisque succedaneis cum unahasta (*sic*) ad quamlibet Expedicionem generalem servire sint astricti. Incuius Regi (*sic*) Testimonium et plenioram (*sic*) evidenciam Sigillum nostrum duximus apendendum. Actum in Baranow[1]) feria quinta proxima post diem Margarete virginis *(18 Lipca).* Anno domini Milesimo *(sic)* Trecentesimo Sexagesimo quarto, presentibus hys Testibus domino Ottone herede de Pilcza, domino Raphaele Castellano visliciensi, domino Abrahe herede de Baranow, domino zauisa voyniciensi, domino Petro zaba[2]), domino Pelka zauichostiensi et alys quam plurimis fidedignis. Datum per manus domini Ianconis vicecancellary aule nostre.[3])

Według facsimilu zrobionego przez p. Fr. Ks. Wolańskiego z oryginału znajdującego się w posiadaniu p. Szczepana Padlewskiego. Na zagiętce po prawej stronie późniejszą nieco ręką napisano: Lectum per Albertum de Zichlin R. P. Vicecancellarium.

U oryginału wisiała pieczęć, teraz zaginiona, na sznurze z jedwabiu zielonego. Dokument ten był drukowanym poprzednio przez p. Fr. Ks. Wolańskiego w Dod. do Gaz. Lwowsk. 1852, nr. 30.

## III.

### Jan starosta ruski nadaje wieś Hodowicę kościołowi św. Jana i klasztorowi św. Bazylego we Lwowie dla poratowania duszy dawniejszego dziedzica Piotra.

### 1371.

Noverint universi presencium noticiam habituri, quod Nos Iohannes Capitaneus Russie volentes misericordiam assequi omnipotentis operibus pietatis concedimus,

---

[1]) Tej nazwy kilka miejscowości znajdowało się w dawnej Rzeczypospolitéj Polskiéj, i tak w samej Galicyi jest miasto Baranów w powiecie tarnobrzeskim, wieś Baranów w powiecie buczackim.

[2]) Ten sam Piotr Żaba jest podany jako świadek w dyplomie z r. 1358 (X. S. Barącz Towarz. Duch. Katol. I, str. 487), wraz z bratem swoim: Presentibus Chodcone Pallatino Haliciensi, domino Petro fratre eius dictis Zaba.

[3]) W tym dyplomacie jest uwagi godne, że w tytule królewskim po wyrazie Pomoranieque opuszczono *Russie dominus et heres.* Wieś *Dmytrowice* leży w powiecie lwowskim, blizko tejże wsi jest przysiołek *Głuchowice* na imie dziedzicznych panów Gołuchowskich założony. *A. P.*

assignamus hereditatem vulgariter Hodovicza nuncupatam in districtu Lembuirrensi (*sic!*) sitam pro refrigerio anime felicis memorie Petri olim eiusdem possessoris cum omnibus ipsius iuribus, usibus, fructibus, pertinencys, reditibus, qui modo sunt et in posterum in ea fieri possunt, secundum quod in suis metis eadem hereditas ab alys circumferencialiter est distincta, Ecclesie sancti Iohannis in suburbio civitatis Lemburge site nec non monasterio Beati Basily ac fratribus, qui in ipso pro tempore fuerint divinum officium in conspectu Domini peragentes. In cuius rei testimonium presentes fieri fecimus et eas nostri sigilli munimine roborari. Actum et datum Lemburge in crastino sancti Martini *(12 Listopada)* sub anno Domini M. C. C. C. LXX primo.[1]

Dokument oryginalny w arch. przew. kapituły lwowskiéj obrz. łac. (Loc. XII. nr. 2) na ćwiartce pergaminowéj z zawieszoną na sznurku z jedwabiu czerwonego gałką woskową z odciskiem pieczątki przedstawiającej herb Szreniawa i napis w obwodzie zatarty i nieczytelny; na odwrotnéj stronie pergaminu znajduje się kilka napisów, między innemi:

Decanatus Leopoliensis donacio perpetua 1371.

A. D. 1371 Donata Hodowicza per Ioannem Capitaneum Russie sancti Ioannis Plebano cum fratribus et Divinum officium illic in conspectu Dei peragentibus.

Revisum 1651.

Dokument ten według tego samego oryginału był drukowany w Dodatku do Gazety Lwowskiéj rocznik 1858, nr. 9.

## IV.

### Władysław książę opolski nadaje wieś Byblo i sołtystwo w Dobrowodzie Juszkowi de Scornicz. 1375.

In nomine domini Amen. Ladislaus Dei gracia Dux Opoliensis, Welunensis et Russie. Ad perpetuam rei memoriam. Universis et singulis notum facimus, quibus nosse fuit oportunum. Quod considerantes multiplicia obsequia, quibus Iuschko de Scornicz, dilectus Noster fidelis, Nobis hucusque complacuit et adhuc fidelitatis studio in futurum prestancius se poterit reddere prompciorem, Attendentes eciam quod ipse una cum uxore et pueris suis Terram Russie, in qua defectus gentis non modicos patimur, inhabitabit et in ea faciet residenciam personalem, sibi suisque heredibus

[1] Kościoł św. Jana z klasztorem św. Bazylego, który potém w r. 1564 przeszedł w posiadanie lwowskiej metropolitalnej kapituły przynależał *łacińskiemu obrządkowi*, nie wiadomo jednak co podało powód do zniesienia zakonu św. Bazylego we Lwowie. W r. 1376 kupiec lwowski Tajezuda Ormianin zapisał *Ecclesiae* S. Joannis unam sexagenam. X. S. Barącz „Żywoty sławnych Ormian", Lwów 1856, str. 180. *A. P.*

et successoribus legittimis unam - villam nominatam videlicet Bibil necnon unam Sculteciam in Dobrawoda, villa nostra, et unam Curiam ibidem cum tot agris, sicut arare potest cum uno aratro, et tercium denarium de qualibet re iudicata ipsius Scultecie, sitas in districtu Haliciensi, cum omnibus eiusdem ville iuribus, dominys, fructibus, censibus, proventibus, agris, pratis, silvis, nemoribus, gays, rubetis, quercetis, virgultis, mellificys, molendinis, piscinis, aquis et earum decursibus, ac alys proventibus ad ipsam villam pertinentibus et prout ipsam villam soli tenuimus et possedimus hucusque et sicuti ipsa villa in suis metis et limitibus nunc circumferencialiter est distincta in feudum seu iure feodali damus, donamus, donacione inviolabili perpetuis temporibus duraturum, tenendas, habendas, obligandas, commutandas, donandas, alienandas, vendendas, Nostro tamen ad hoc consensu speciali accedente in usus heredumve suorum beneplacitos convertendas, per ipsumque Iuschkonem eiusque heredes ac successores legittimos perpetuo possidendas, pro Nobis nostrisque successoribus legittimis duos grossos latos sive Boemicales in dicta villa omnibus singulis et perpetuis temporibus successuris de quolibet fumo sive Curia qualibet tollendos et percipiendos, prout ipsos a Baronum ipsius terre Russie villis tollimus et percipimus, specialiter reservantes volentesque, quod idem Iuschko suique heredes et successores legittimi racione dictarum ville et Scultecie Nobis Nostrisque heredibus et successoribus legittimis cum una hasta atque uno sagittario ad quamlibet expedicionem sive viam servire duraturum tempore sint astricti. In cuius rei testimoninm Sigillum Nostrum presentibus est appensum. Actum in Grodek proxima sexta feria post diem decollacionis sancti Iohannis *(31 Sierpnia)* Anno domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo quinto, presentibus Venerabili patre domino Anthonio, Metropolitano Haliciensi[1]), Chodkone Bibilski[2]), Victore Capitaneo Russie[3]), Chlebone Dworscowicz, Petro Brun

---

[1]) W skutek usilnego przedstawienia Kazimierza W. mianowany już po śmierci króla tego Antoni metropolitą Rusi przez Patryarchę w maju r. 1371. Acta Patriarchatus ed. Miklosich et Müller T. I, p. 578—580. Roku 1391 patriarcha carogrodzki mnichowi jakiegoś mołdawskiego monastyru Symeonowi powierza rząd dyecezyi halickiéj. Acta Patriarch. II, p. 157. W r. 1391 więc już nie żył metropolita Antoni.

[2]) Wieś Bibel dziś Bybło leży w powiecie Rohatyńskim, druga zaś osada tegoż nazwiska znachodzi się w powiecie Niżankowice, od któréj pochodzi rodzina Bybelskich, mianowicie Chodko Bybelski w niniejszym przywileju jako świadek podany. Patrz Naukowy Sbornik, Lwów 1865, III, str. 193. Niesiecki, Kor. Polsk. III, 731. Wieś Dobrowoda dziś *Dobrowody* w powiecie Podhajeckim. *A. P.*

[3]) W dokumencie z r. 1378 czytamy: Iaszkone Radlo capitaneo Russie. Radlo więc wstąpił w miejsce Wiktora między r. 1376 a 1378, albo nawet może w 1376 lub 1377, czytamy bowiem już w dokumencie z r. 1377 jako świadków: Ieszkone Radlo capitaneo Russie, Victore castellano Iaroslaviensi. W dokumencie z r. 1375 oddrukowanym w Kod. Muczkowskiego I, 242 wymieniony jest jako świadek: „Vittone capitaneo“ (Russiae), zdaje się nie podlegać wątpliwości, że albo wydawca źle czytał „Vittone“ zamiast „Victore“, lub też przepisywacz, dokument ten bowiem według kopii jest tam umieszczony, już błąd ten popełnił. W tym samym dyplomie druga także po-

iudice provinciali terre Russie et Dobeslao de Marczinowicz et alys fidelibus Nostris fidedignis. Datum per manus Simonis de Rowskow Nostre curie notario (*sic*) speciali.

Dokument oryginalny na pergaminie w arch. kap. metr. lwow. obrz. lac. (Loc. I, nr. 4) dobrze zachowany i czytelnie napisany, z pieczęcią pokruszoną w woreczku sukiennym, zawieszoną na sznurach jedwabnych koloru czerwonego.

Pod dokumentem nieco późniejszy podpis:

Lectum per Albertum de Zichlin, Regni Polonie Viceecancellarium, in Leopoli Anno . . . . sexagesimo nono.

## V.

### Władysław książę opolski nadaje Lymbirdowi ze Zduszyc wieś Zduszyce i dworzysko w Oświcach na wieczystą własność. 1375.

In nomine Domini Amen. Ladislaus Dei gracia D(*ux Opoliensis*), Welunensis, Russieque Dominus et Heres. Ad perpetuam rei memoriam notumfacimus quibus expedit universis. Quod inspectis multiplicibus et diversis obsequiis, quibus fidelis Noster Lymbirdus de Dzuschicze Nobis attenta sollicitudine complacuisse dinoscitur et adhuc aucto fidelitatis studio se poterit in fu*(turum)* habundancius (*sic*) reddere prompciorem, consideratisque defectibus gentis, qua in dicta Terra Russie caremus, quam idem Lymbirdus una cum uxore *(et p)*ueris suis, sicuti ceteri Barones ipsam inhabitant, inhabitabit et residenciam in ipsa faciet personalem, sibi suisque heredibus et successoribus legitimis villam Nostram Dzuschicze, sitam in distr*(ictu Lem)*burgensi, excepto Tornatore in Polonico Tokar, qui pertinet ad Castrum Grodek cum omnibus et singulis Iuribus, Dominys, Agris, *(pratis, silvis)*, nemoribus, rubetis, mellificys, virgultis, molendinis, piscinis, aquis et earum decursibus ac aliis proven-*(tibus ad ipsam quomodolibet pertinentibus et prout ipsa in suis limitibus)* seu gadibus nunc circumferencialiter est distincta et prout ipsam soli tenuimus et possedimus hucusque necnon in Nostra (*alia villa dicta*) Oswicze[1]) unum fundum, in quo solus

mylkę popełniono, drukując Chodkone de Ryblicz zamiast Biblicz (co się także powtarza na str. 210) widocznie tu bowiem mowa o Chodku Bibelskim.

[1]) Wieś Zduszyce, Dzuschyczsko (1451). Dzuschycze jest dzisiejszy przysiołek Zuszyce do gr. kat. parafii w Powitnie należący w powiecie Grodeckim. Wieś *Oświca* lub *Oświce* dziś pod tem nazwiskiem nie jest wiadomą.
*A. P.*

residet, qui in polonico dicitur Dworzsisko, et alium desertum ibidem pro Allodio per ipsum faciendo (*in*) feudum seu Iure feodali damus, donamus donacione inviolabili perpetuis temporibus duraturum tenendum, habendum, utifruendum, alienandum, commutandum, obligandum, donandum, vendendum, Nostro tamen ad hoc consensu speciali accedente ac in usus suos benepla(*citos*) convertendum et per ipsum Lymbirdum eiusque heredes et successores legitimos perpetuo possidendum, pro Nobis Nostrisque successoribus et heredibus legitimis duos grossos latos sive magnos a quolibet Kmethone sive fumo ipsius annis singulis tollendos et percipiendos sicuti ipsos a ceterorum Baronum eiusdem (*Terre*) Russie villis et Kmethonibus tollimus et percipimus, specialiter reservantes volentesque, quod nominatus Lymbirdus suique heredes et successores (*legitimi*) Nobis Nostrisque heredibus et successoribus legitimis racione dicte ville et fundorum servire cum una lancea sive hasta ac uno sagittario ad quam(*libet ex*)pedicionem sive viam, similiter quam aly Barones seu nobiles serviunt, perpetuo sint astricti. In cuius rei testimonium Sigillum Nostrum presentibus est appensum. Actum in Grodek proxima sexta feria post decollacionem Beati Iohannis Baptiste (*31 Sierpnia*) Anno Domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo Quinto. Presentibus Venerabili patre domino Anthonio metropolitano Haliciensi, Chotkone Bubilsky, Petro Brun Iudice provinciali, Victore Russie, Bencone Premisliensi Capitaneis et Dobeslao de Marcinowicze ac alys multis Nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus Symonis de Kroskow Nostre curie notary specialis.

Dokument oryginalny na pergaminie znacznie uszkodzony w archiwum arcybiskupiem metrop. lwow. obrz. łac. (nr. 1.) z wielką pieczęcią zawieszoną na sznurze jedwabnym kręconym koloru zielonego i czerwonego. Pod dokumentem znajduje się nieco późniejszy napis:

Lectum per Albertum de Zichlin R. P. vicecancellarium

Na odwrotnej stronie pergaminu napis:

Duszyce. Vladislaus Rex donat villam Dzuszyce Lymburdo ejusque successoribus Anno 1375 in Grodek. Widoczna to pomyłka, bo dokument, jak widzieliśmy, wystawiony jest przez Władysława Opolskiego a nie przez króla Władyslawa, którego w r. 1375 na tronie polskim wcale nie było. Pieczęć uszkodzona z głównéj strony przedstawia rycerza na krześle siedzącego w kapeluszu z mieczem w prawéj ręce z herbowemi tarczami po boku, na lewéj tarczy orzeł, na prawéj lew wspinający się, w obwodzie napis uszkodzony:

. . . . . . us dei gracia dux opoliensis . . . . . . . . . . russie dominus et heres.

Na odwrotnéj stronie pieczęci mniejszy odcisk przedstawiający w środku głowę dziecięcą, po bokach i u góry trzy tarcze, na tarczy po prawéj stronie lew wspinający się, na tarczy po lewéj stronie koło, na tarczy u góry orzeł między jedną tarczą a drugą po trzy krzyże złączone arabeską w obwodzie napis:

Ladislaus dux opoliensis . . . . . . .

Liczne uszkodzone miejsca w dokumencie uzupełnić tylko było można za pomocą kopiariusza znajdującego się w arch. arcybisk. (pag. 154), w którym znaczna część dokumentów, zachowanych w archiwum jako i inne nie znajdujące się w archiwum są przekopiowane po części bardzo poprawnie. Niestety kopiariusz ten wielkiej wartości jest tak znacznie uszkodzony, że tylko część dokumentów w całości się zachowała.

Dokument ten drukował Al. hr. Stadnicki między dodatkami (nr. III) do rozprawy swéj: Ziemia lwowska za rządów polskich (Bibl. Ossol. III, str. 58 i 59), ale nie według oryginału, lecz według kopii zawartéj w wyżwymienionym kopiariuszu.

## VI.

### Władysław książę opolski darowuje wieś Potoczany Niczkowi Slancz i jego potomkom. 1375.

In nomine Domini Amen. Decet excellenciam Principum suorum subditorum comodis et utilitatibus intendere, ut dum eorum profectibus invigilent ipsos in honoris sui promocione et provinciis senciant prompciores. Nos igitur Ladislaus dei gracia Dux Opoliensis, Welunensis et Dominus Russie, Ad perpetuam rei memoriam, Volumus tenore presencium devenire de inspectis fidelibus et comendabilibus obsequys Nitschkonis Slancz[1]) fidelis nostri dilecti nobis plurimum exhibitis et adhuc aucto fidelitatis studio nobis et successoribus nostris futuris temporibus crebrius exhibendis maturo nostrorum consilio prehabito, de nostre largitatis munificencia speciali eidem Nitschkoni suis et heredibus legitimis quoque successoribus villam nostram Pothoczany in districtu Lemburgensi cum omnibus et singulis suis pertinencys, Iurys (*sic*), dominys, proventibus, obvencionibus, censibus, redditibus et emolimentis, prout dicta villa in suis metis et granicys nunc limitata est circumferencialiter et distincta, cum agris cultis et incultis et de novo excolendis, pratis, pascuis, sylvis, rubetis, mericis, nemoribus, venacionibus, aucupacionibus, montibus, collibus, vallibus, planiciebus, cum aquis aquarumve decursibus, ceterisque omnibus et singulis pertinencys, utilitatibus et usufructibus, pronunc in eadem existentibus, prout nos eandem villam soli tenuimus et usi sumus, nullis penitus exclusis, damus, conferimus, donamus prenominato Nitscheoni

[1]) Ten tutaj nazwany *Nitschko Slancz* jest według wszelkiego prawdopodobieństwa tą samą osobą, która się w dyplomie z r. 1386 (nr. XIII tego zbioru) nazywa *Nicolaus* dictus *Slanka* (zobacz notę tamże do nazwiska tego dołączoną). W tym tu dokumencie nazwisko jego tylko w niemiecki sposób przekręcono robiąc ze Slanki lub Słonki Slancza, a z Mikołaja Nitschka.

sive heredibus legittimis et successoribus hereditarys Iure et eadem libertate et consuetudine, qua ceteri nostri vasalli bona ipsorum tenent, temporibus perpetuis possidendam, tenendam, habendam, utifruendam, commuttandam, vendendam nostro tamen ad hoc consensu speciali accedente, et in usus suos beneplacitos convertendam, his tamen exclusis, quod singuli Kmethones dicte ville de qualibet curia possessa nobis et nostris posteris singulis annis in festo sancti Martini duos grossos bohemicales pro censu nostre camere persolvere sint astricti. Et quod idem Nitschco cum uxore et pueris suis dicta in terra nostra Russie debeat mansione permanere, Presertim dictus Nitschco, sui heredes et legittimi successores de predicta villa nobis et nostris posteris cum una hasta et uno sagittario, in equis et armis benevalentibus et apparatibus, quociescunque in dicta terra nostra Russie necessarium fuerit, servire tenebuntur. Permittimus insuper dicto Nitschkoni et suis heredibus, quod si aliqua damna notabilia in nostro exercitu sub nostro banirio in equis interfectis perceperint vel detenti seu captivati fuerint, talia omnia damna restituere et ab huiusmodi captivitate liberare, absque ipsorum damnis. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Lemburga die beate Lucie virginis *(13 Grudnia)* Anno domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo Quinto. Presentibus Strenuis dominis Chodcone de Biblicz[1]), Hlebone de Dworscowicz, Bogschiscone de Chrepcowicz, Petro Brownovio Iudice Provinciali, Nicolao Koswa militibus, Wascone de Tepcowicz et Iohanne nostro Cancellario, qui presencia habuit in commissis.

Według kopii z początku wieku XVII w kopiar. arcyb. str. 57 i 58. Dokument ten był poprzednio już drukowany z kilku niewłaściwościami Bibl. Ossol. III, 56—58.

## VII.

### Władysław książę opolski darowuje Ojcom Dominikanom lwowskim wsie Krotoszyn, Zaszków, Kościejów i cztery dworzyska we wsi Mierzwicy. 1377.

**In nomine Domini Amen.** Ad rei memoriam Sempiternam. Nos Ladislaus dei gracia Dux Opoliensis, vielunensis et Russie Tenore presencium singulis et uni-

---

[1]) Przywiedziony świadek Chodko de Biblicz pisze się w przywileju z r. 1375 (31 Sierpnia) Chodko Bibilski. Wasko de Tepcowicz w przywilejach z r. 1401 i 1415 pisanych po rusku pisze się Waśko Teptjakowicz. Wieś Potoczany leży w powiecie Przemyślańskim. *A. P.*

versis quibus expedit notificamus. Quod quum ex vi concessionis domini Gregory Pape fratribus predicatoribus pro Christo peregrinantibus in terris infidelium misericorditer sit indultum, quod bona mobilia et immobilia possint obtinere et in pios usus convertere, prout eorum superioribus videbitur expedire, de consilio nostrorum fidelium ac de munificencia nostre largitatis Monasterio et Conventui in honorem corporis Christi fabricato et fratribus ordinis predicatorum in nostra Civitate Lemburga, ut eiusdem Monastery fratres eo fervencius possint intendere devocioni, villas nostras Krohoszin (*sic*), Zaskovicz, Koscziejow et quatuor domus sive curias in villa Mervicz in districtu Lemburgensi sittuatas cum omnibus illarum utilitatibus, fructibus, proventibus, emolimentis et ceteris obvencionibus universis, eisdem iuribus et dominys, quibus easdem villas et quamlibet earum tenuimus, habuimus et possedimus et prout eedem ville et quatuor curie et earum quelibet in suis metis sunt limitate et distincte, videlicet agris, campis, pratis, molendinis, piscinis, aquis et earum decursibus, silvis, borris, virgultis, mellificys et ceteris earum pertinencys et appendys universis, damus, concedimus et donamus donacione inviolabili perpetue possidendas, tenendas, regendas ac utifruendas et in pios usus convertendas, prout superioribus prefati ordinis melius et utilius videbitur expedire. Specialiter tamen reservamus pro nobis et nostris posteris plenariam facultatem recipiendi annis singulis duos latos grossos vel quatuor parvos de qualibet domo seu fumo villarum predictarum. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Prymsl die dominica ante festum Sancte Hedvigis *(11 Października)* anno domini Millesimo *(Trecentesimo Septuagesimo)* septimo.[1]) Presentibus nostris fidelibus Ieszkone Radlo Capitaneo Russie, Victore Castellano Iaroslaviensi, Stiborio Andreasskone Haliciensi et Franczkone Lubaczoviensi Castellanis, Chodkone Bibilsky, Hlebone et domino Nicolao Cancellario nostro, qui presencia habuit in commisso, testibus ad premissa.[2])

Dokument powyższy wydrukowano podlug potwierdzenia króla Zygmunta z r. 1546 przechowanego w bibliotece OO. Dominikanów we Lwowie.

---

[1]) W potwierdzeniu króla Zygmunta, podlug którego dokument ten drukujemy, napisano w tem miejscu Anno domini Millesimo Ducentesimo . . . . . . . septimo, między dwa ostatnie wyrazy ręką inną wpisano Nonagesimo. Data ta jest widocznie falszywa, mimo to jednak sam dyplom nie wydaje się podrobionym, przepisywacz, zdaje się, tylko zamiast Trecentesimo źle czytał Ducentesimo, a liczby następnej wcale przeczytać nie mógł; według wszelkiego prawdopodobieństwa przywilej ten jest z r. 1377, wszyscy świadkowie bowiem w tym czasie fungowali. Wynika to także z dyplomu z r. 1378 oddrukowanego tutaj pod Nr. VIII.

[2]) Wsie Krotoszyn, Zaszkow i Kościejow leżą w powiecie Lwowskim; Mierzwica (Mervicz) w powiecie Żółkiewskim. *A. P.*

# VIII.

## Władysław książę opolski oznacza granice dóbr zaszkowskich, kościejowskich i czterech dworzysk w Mierzwicy niedawno przedtem OO. Dominikanom lwowskim darowanych. 1378.

**In Nomine Domini Amen.** Nos Ladislaus dei gracia dux Oppoliensis, Velunensis et Russie. Volens nostros subditos in pace conservare et presertim illos, qui divino cultui sunt mancipati, tenore presencium universis et singulis, quibus expedit, notificamus. Quomodo venerabilis pater Sigismundus Vicarius Russie Ordinis Predicatorum conquestus est coram nobis, quod a nostris subditis in bonis modico ante a Nobis Ecclesie Corporis Christi pie propter deum in perpetuum datis haberet impedimenta. Quare nos volentes eos in pace conservare coram nostro consilio, convocatis ex utraque parte senioribus, assignamus loca pro limittibus habenda et irrevocabiliter tenenda, sicut et nos tenuimus. Inprimis incipiendo a rivo, qui est in silva Maszyow, ubi incipit fluvius Rokythnya eundo versus Lamburgam ad grodzyszko maius omnia, que continentur inter rippam et ipsam rippam predicti fluvy Rokythnya, a grodszyszko maiori transeundo per fluvium Rokythnya ad montem lapideum, a monte lapideo eundo penes montem olomąk ad krzywa lippa, a krzywa lippa ad koszye chrypthy montem, deinde per viam stratam et per wolowe debrzy usque ad finem silve, a fine silve ad rippam fluvy rokythnya, a rokythnya ad pyeczalowo bloto, deinde post Kalynowycze ad stangnum, a stangno ad mogillam magnam, a mogilla ad torhowycze, a torhowicze penes campum advocati usque per medium chelmyecz. Ista loca sint in granicies inperpetuum inter nostra bona et Ecclesie Corporis Christi per nos assignata. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Myrzwycza feria tercia post conductus pasche *(27 Kwietnia)* Anno domini Millesimo trecentesimo *(septuagesimo)* octavo.[1]) Presentibus nostris fidelibus Ieskone Radlo capitaneo Russie, Stiborio Andreascone Haliciensi et Franczkone Lubaczowiensi Castellanis Et domino Nicolao nostro Cancellario.[2])

---

[1]) W potwierdzeniu z r. 1425 według którego dokument niniejszy tutaj umieszczono, napisano Anno domini Millesimo Trecentesimo octavo, przepisywacz opuścił widocznie Septuagesimo, tym łatwiej to być mogło, zwłaszcza że oryginał był uszkodzony przez ogień, jak powiedziano w potwierdzeniu.

[2]) Wymienione w przywileju tym uroczyska znachodzą się po większej części w dzisiejszej wsi *Rokitno* powiatu lwowskiego i w jej sąsiedztwie. *A. P.*

Dokument ten był potwierdzony w r. 1425 przez Władysława Jagiełłę. Potwierdzenie to brzmi:

**In Nomine Domini Amen.** Acta presentis temporis de facili solent deperire, Nisi scripture presidio et amminiculo testium roborata fuerint. Ad perpetuam rei memoriam. Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie, Litwanieque princeps supremus et heres Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris. Quod ad nostram consiliariorumque nostrorum veniens presenciam Religiosus Materna Prior Conventus Ecclesie Corporis Christi fratrum predicatorum in Lamburga posuit coram nobis duo privilegia Ladislai olim ducis Opporiensis necnon Lamburgensis. Primum privilegium sanum et integrum continens donacionem villarum Krothoszyn, Zaschow, Kosczeyow et quatuor curiarum in Myrzwycze[1]), Secundum privilegium eiusdem ducis aliquantulum per ignem corruptum aliquas limitaciones continens villarum predictarum, Cuius privilegy innovacionem et ratificacionem predictus frater Materna humiliter pecyt. Quarum literarum de verbo ad verbum tenor iste est.

Następuje dokument z r. 1378 powyżéj umieszczony. Daléj brzmi potwierdzenie:

Nos igitur presentibus visis, supplicacionibus supradicti patris inclinati de consensu nostrorum consiliariorum suprascriptum privilegium innovamus, approbamus et ratificamus. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum Cracovie feria quinta post dominicam Letare *(22. Marca)* Anno domini Millesimo quadringentesimo vicesimo quinto. Presentibus Reverendis in Christo patribus Dominis Alberto sancte Gueznensis Ecclesie Archiepiscopo et Primate, Sbigneo Cracoviensis et Iohanne Chelmensis Ecclesiarum Episcopis, Magnificis et strennuis Cristino de Ostrow Castellano, Iohanne de Tharnow Palatino Cracoviensibus, Sandywogio de Ostrorog Poznaniensi, Michaele de Cziszow Sandomiriensi, Iacobo de Conieczpole Siradiensi, Mathia de Labischin Brestensi Palatinis, Michaele de Cziszow Sandomiriensi et Iohanne de Czecoczyn Lublinensi Castellanis Multisque alys fide dignis, Datum per manus venerabilium Iohannis schaffraniecz decani Cracoviensis, Regni Polonie Cancellary et Stanislai Czolek Cantoris Cracoviensis, eiusdem Regni Vicecancellary, sincere nobis dilectorum.

Powyższy dokument z r. 1378 wraz z potwierdzeniem z r. 1425 wydrukowano według potwierdzenia Władysława Jagiełły na pergaminie w bibliotece OO. Dominikanów lwowskich przechowanego.

---

[1]) Jest to dokument z r. 1377 powyżéj pod nr. VII umieszczony.

Pieczęć oderwana wraz z sznurkiem, na którym wisiała. Na zagiętce pergaminu poniżej samego dokumentu napisano nieco późniejszą ręką:

Lectum per Albertum de Zichlin Regni Polonie Vicecancellarium.

Na odwrotnéj stronie pergaminu dwa ważniejsze napisy:

1564. 9 Marcy oblatæ et revisæ in Conventu Varsoviensi.

---

Vladislaus Rex Poloniae dislimitationem bonorum Koscieow, Zaszkow ac Krotoszyn et 4. curiarum in Mierzwica Conventui Leopoliensi ordinis Praedicatorum Sacratissimi Corporis Christi per Celsissimum Ladislaum Ducem Opoliensem pro certis obligationibus modo perpetuo donatorum a bonis Maczoszyn et aliis Regalibus in contiguitate cum praedictis villis extantibus in anno 1308 de data in Mierzwica feria 3. post dominicam conductus paschae factam, in anno 1425 feria 5. post Laetare quadragesimalem approbat et confirmat.

Dokument ten wraz z potwierdzeniem z r. 1425 był już poprzednio poprawnie drukowany przez p. Fr. Wolańskiego w Dodatk. do Gaz. Lwowsk. rok 1858, nr. 10 i 11.

Potwierdzenie to Władysława Jagiełły wraz z dokumentem w niem zawartym było później po kilkakroć na nowo potwierdzone. Najprzód wraz z innymi dokumentami w r. 1546 przez króla Zygmunta (potwierdzenie to umieszczone będzie przy dok. z r. 1476), potém w r. 1559 przez Zygmunta Augusta.[1]) Ostatnie brzmi jak następuje:

**Sigismundus Augustus** Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiaeque etc. Dominus et Haeres. Significamus tenore praesentium ad quos pertinet Universis et singulis praesentibus et futuris harum noticiam habituris. Quia obtulit nobis Religiosus Pater Melchior Provincialis suo totiusque Conventus Leopoliensis Ordinis fratrum Praedicatorum nominibus Ecclesiae corporis Christi literas in pargameno scriptas Illustris olim Ladislai Opoliensis, Wieliunensis Russiaeque Ducis Anni Domini Millesimi Trecentesimi Octavi continentes in se assignationem certorum locorum pro perpetuis limitibus inter bona praefati conventus Leopoliensis Ac per Serenissimum olim Wladislaum Regem Poloniae Lithuaniaeque Principem supraemum (*sic*) et Haeredem Russiae confirmatas, Tituloque et Sigillo eiusdem subapenso communitas, sanas, salvas omnique suspicionis nota carentes Atque supplicavit nobis humiliter, suo totiusque conventus nomine, illas Authoritate nostra Regia approbare, ratificare et confirmare dignaremur. Quarum tenor de verbo ad verbum sequitur estque talis.

Następuje potwierdzenie Władysława Jagiełły wraz z dokumentem Władysława Opolskiego, potém brzmi potwierdzenie Zygmunta Augusta daléj:

---

[1]) Wreszcie przywilej ten zatwierdził czyli raczej odnowił król Zygmunt III. *Cracoviae die 22. Martii 1609*, którego to zatwierdzenia oryginał na pergaminie pisany znachodzi się w bibliotece ruskiego narodowego domu we Lwowie. A. P.

Nos itaque Sigismundus Augustus Rex supplicacioni praedicti Religiosi Patris Melchioris Provincialis generalis benigne annuentes, praeinsertas literas pro parte dicti Conventus Ordinis Praedicatorum in Civitate nostra Leopoliensi spectantes, in omnibus earum punctis, clausulis, articulis ac condicionibus approbandas, ratificandas et confirmandas duximus prout approbamus, ratificamus et confirmamus per praesentes, decernentes eas ac omnia in eis contenta robur debitae ac perpetuae firmitatis obtinere debere. In quorum omnium fidem et testimonium Sigillum nostrum est praesentibus subappensum. Datum in Conventu Regni generali Petricoviensi feria secunda proxima ante festum sanctae Priscae Virginis *(16 Stycznia)* Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Nono, Regni vero Nostri Vigesimo Nono.

Ioannes Ocieski R. P. Cancell. sscr. — Relacio Magnifici Ioannis de Ocziesсhino, Regni Poloniae Cancellarii, Cracoviensis generalis, Oszwienczimensis, Zathoriensis, Sandecensis, Olstinensisque Capitanei.

Oryginał na pergaminie w bibl. OO. Dominikanów lwowskich. Pieczęć zaginęła pozostały tylko sznurki jedwabne kręcone koloru białego i żółtego.

# IX.

**Chonka żona Waśka Djadkowicza z całą swoją rodziną sprzedaje, za 20 grzywien srebra ważonego, monaster Kalenikow z cerkwią Wniebowzięcia Najśw. Panny Maryi, Iwanowi Hubce protodiakonowi episkopii św. Jana Chrzciciela w Przemyślu, i tegoż bratu Chodorowi, którzy za błogosławieństwem episkopa Lariwona (Hilarego), kupili tenże monaster dla episkopii św. Jana. 1378.**

Во имѧ отца и сына и свѧтаго духа. аминь. божьєю милостью, и добрыхъ людии приязнью, и сталася торгувля. межи добрыми людми. межи бояры. и межи крилошаны свѧтого ивана. аже нами хонька. васковая дадьковича жена. изъ детьми своієми, и с нами просиныєю. и затємь своіємъ и с наномъ иванкомъ данъславичємь. и си внучаты своієми. и со всѣмъ племенємь своіємъ доброю волєю своією и добрымъ оумышлѣньємъ. ани которою силою. но сама то учинила. безо лъсти и безъ хитрости. продала ієсть. тотъ мунастырь за. к҃. гривенъ серебра вѣсного. именємь иванови губцѣ протодьяконови свѧтого ивана. и ієго брату ходорови и дѣтємь ієхъ. а иванъ губька си своимъ братомъ. купилъ ієсть тотъ мунастырь. именємь каленикова. церковъ свѧтоѣ богородици. оуспѣньє пречистоѣ. изъ благословлѣньємь. ієпискупа ларивона. а купилъ ієсть иванъ губъка изъ братомъ

своıемъ. на вѣки и ко сватому іоану епископии **К СЕЛУ ГНѢВНОВУНДАЛ** н. є҃і. гри-
венъ серебра вѣсного. а губка далъ шюбу свою купную дорогим сукномъ брунатънымъ
понита. за. є҃ гривенъ, пани хоньци. и іещева дали. ві҃. лисици. пани хоньци и іеѣ затеви
иваникови. и дѣтемь іеѣ. а прото та пани хонька и своемъ затемь. и своемъ со всѣмъ
племенемь. оуздала іесть. тотъ мунастырь калениковъ. ивановн губцѣ. и іего брату ходо-
рови. на вѣки и дѣтемь іехъ. со всѣмъ объѣздомъ. и со всѣми границами. и землею. и
сѣножатьми. изъ гаими изъ дубровами. из бортъми. из болоты. нсь рѣками. и со маиномъ.
и съıуемь. и сколодаземь и с ловищи и со всѣми оужитки. ꙗко изъвѣка вѣчного слушало
к тому мунастыреви. а тому мунастыреви, не отлучати са отъ сватого ивана оу вѣки.
хто коли іего купилъ тому слушати къ сватому ивану. а притомъ оуздаванѣ были бояре
земляне. панъ ходько бывельскии и со двѣма сынама анъдрѣико а васко. панъ глѣбъ дворъ-
сковичъ. со двѣма сынама ванькомъ а нехпо. панъ иванко дроздъ. панъ васко кузмичь.
панъ михаилъ потрутовичь, панъ гаврилъ кодробышевичь со двѣма сынама. сеньковича два
михаило а ивашко. стецко вдешницкии. игнатко черпевичъ. попъ микулиньскии федутъ. а другии
попъ везмездьсницкии кость. попъ тенаковичь ꙗковъ. нестюръ ценаревичь. а питъ могоричь
в олеша оу дому. за полъ гривны грошовь. а писалъ грамоту костько дыакъ болестра-
шицкии по божьюмъ нарожении тисачю лѣтъ. и т҃ лѣтъ. и. о҃. лѣтъ. и осмое лѣто.

Oryginał znachodzący się dziś w posiadaniu Dr. Stanisława Zborowskiego, docenta uniwersytetu lwowskiego, jest pisany kirilicą pismem średniém (крупнымъ полууставомъ) na podługowatej ćwiartce pergaminu, u którego dolnej części zawieszonych było sześć pieczęci, o czem świadczą do tych czas pozostałe trzy jedwabne sznurki. W tekscie powyżej przytoczonego kupna Kalnikowa (powiatu Mościska) po wyskrobaniu pierwotnych słów oryginału napisane są odmienném pożółkłém czernidłem wyrazy: к селу гнѣвновун дали. Na odwrotnej stronie oryginału charakterem z XVII wieku napisano: Incorporatio monasterii in villa Kalinikow siti cum omnibus attinentiis ad S. Joannem to jest Cathedra Przemysk. Wspomniony w zapisie kupna protodiakon Iwan Hubka był jeszcze w 1366 r. tywunem władycznym, to jest sędzią lub wójtem biskupskim, o czem świadczy kupczaja hramota na wieś Pnikolt z r. 1366 pomieszczona w Naukowym Sborniku. Lwów 1865. str. 187. Odczytał i objaśnił A. Pietruszewicz.

## X.

### Urban VI. Papież nakazuje OO. Dominikanom lwowskim, żeby do klasztoru swego przyjmowali Braci z Zakonu Unitów. 1381.

**Urbanus episcopus servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam.** Ad ea, que fidei fideliumque conservationem et statum respiciunt, libenter intendimus eisque prout locorum et temporum qualitas exigit nostre solicitudinis par-

tes liberaliter impertimur. Sane sicut accepimus in nonnullis partibus, que per infideles detinentur, sunt nonnulli fratres ordinis unitorum[1]) nuncupati per felicis recordationis Innocentium papam VI,[2]) predecessorem nostrum, auctoritate apostolica approbati, in cuius approbatione idem predecessor statuit et etiam ordinavit, quod postquam fratres in eodem ordine professionem emiserint regularem, dilectus filius Magister fratrum ordinis predicatorum pro tempore exis*(tens)* per se vel vicarium suum talem et tantam in visitando et corrigendo ac reformando ordinem ipsum unitorum, tam in capite, quam in membris potestatem haberet, qualem et quantam in ipsorum predicatorum ordinis fratres noscitur, qui fratres unitorum locis suis, que (*sic*) inhabitare consueverant, per infideles impios spoliati, habitatione carentes, nequeunt, prout tenentur, sub regulari observantia domino militare nec alia pia opera exercere, ymo, quod displicenter audivimus, compelluntur discurrere et vagari in animarum suarum periculum, religionis opprobium et scandalum plurimorum. Nos igitur cupientes, prout ex debito tenemur, officy pastoralis super hys celeriter, quantum cum deo possumus, providere, volumus et apostolica auctoritate concedimus, ut liceat eisdem fratribus ordinis unitorum ad ordinem fratrum Predicatorum transire, in eoque licite profiteri ac libere remanere, quodque Magister ordinis fratrum predicatorum, pro tempore existens, dilectum filium gubernatorem fratrum dicti ordinis unitorum, qui est et pro tempore fuerit, si causa rationabilis id exposcet, ab offitio et gubernatione dicti ordinis unitorum valeat amovere et quod confirmatio electionis dicti gubernatoris fratrum unitorum ad eundem Magistrum ordinis predicatorum pertinere noscatur, constitucionibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus ordinum predictorum contrarys iuramento et confirmatione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis non obstantibus quibuscunque. Datum Rome apud Sanctum — petrum in Nonis Aprilis (5. *Kwietnia*) Pontificatus nostri Anno Tertio.[3])

Io. de Malesicz. G. pro. Deo.

Io. de Malesicz.

[1]) Na podstawie tego przywileju nadanego Ormianom Unitom we Lwowie (fratres ordinis Unitorum) zdaje się, że pod r. 1371 wspomniany klasztor św. Bazylego przy kościele św. Jana we Lwowie należał do Ormian tutaj mieszkających. Patrz dyplom z r. 1371, nr. III. A. P.

[2]) Inocenty VI papież wybrany 1 Grudnia 1352 r. umarł 12 Września 1362.

[3]) O dyplomie tym wspomina X. S. Barącz (Rys dziej. zakonu kaznodz. w Polsce I, str. 170 i 171) jako o drukowanym w Bullar. Ord. Praedic. II, p. 300, ponieważ jednak zbiór ten jest tak rzadki, żeśmy go nigdzie odszukać nie mogli, przeto dokument ten jeszcze raz tutaj drukujemy według oryginału. X. S. Barącz na pomienionych stronach pisze: „Dowiedziawszy się (*Urban VI*) też o nieszczęśliwém położeniu Armenii, przez częste pogan

Oryginał na pergaminie w ach. kons. metr. lwowsk. obrz. łac. bardzo starannie pisany i dobrze zachowany, pieczęć zaginęła. Na odwrotnéj stronie kilka znacznie późniejszych napisów między innymi:

Istorum unitorum Monasterium fuit extra Civitatem Leopolim.

Urbanus VI. concedit Armenis Unitis in Suburbio Leop. existentibus, ut valeant ........ Religione S. Dominici 1381 nonis Aprilis.

## XI.

**Emeryk Bebek, starosta ruski, oznajmia, że Michał, syn Piotra, syna Iwana Zabycza, sprzedał za sześćdziesiąt kóp majętność swoją Dobrowtrycz, w obwodzie lwowskim położoną, mieszczaninowi lwowskiemu Emnedyn zwanemu. 1384.**

In nomine domini Amen. Nos Emricus Bebek tocius Regni Russie Capitaneus Significamus quibus expedit universis presentibus scilicet et futuris Presentem paginam inspecturis. Quod Michael, filius Petri fily Iwan Zabycz, in nostram personaliter accedendo presenciam sue vive vocis oraculo confessus exstitit in hunc modum: Quod ipse quendam possessionem suam Dobrowtrycz vocatam in districtu Lemburgensi habitam, sibi Iure hereditario pertinentem, cum omnibus et singulis suis utilitatibus, dominys et proventibus, scilicet Capella[1]) a parte Civitatis Lemburgensis rite et lege Scismaticorum in honore Sancti Spiritus edificate *(sic)* ac terris arrabilibus (*sic*) cultis et in cultis *(sic)* Fenetis et pratis scilicet Nemoribus, montibus et collis (*sic*), aquis et aquarum decursibus, Molendinis et piscinis, tabernis et Theloneo in eadem villa, ut dicitur, exigy consweto et generaliter omnibus Iuribus suis quibuscunque nominibus vocitatis,

---

napady zrządzoném, iż katolicy osobliwie bracia unici poszli w rozsypkę po całéj prawie Europie, dnia 3. Kwietnia 1381 roku (? *recte dnia 5. Kwietnia*) pozwala tymże braciom unitom przyjąć suknię ś. Dominika i w klasztorach naszych pozostać. Autograf tego przywileju znajduje się we Lwowie w klasztorze naszym, (? znajduje on się dzisiaj w arch. kons. metr.) gdyż ci bracia unici błąkali się tamże. Na mocy tego przywileju nasi nie tylko ich, ale później nawet innych Ormian przyjmowali do zakonu, dopiero Jan Tobiasz Augustynowicz arcybiskup wytłumaczył naszym, iż ten przywilej służył zakonnikom ormiańskim, którzy, przystąpiwszy do unii, przyjęli ustawy zakonu dominikańskiego i nazywali się fratres uniti, a nie mając własnego klasztoru prosili, żeby im wolno było wstąpić do zakonu kaznodziejskiego.“ Według zapiski na odwrotnej stronie pergaminu „*Istorum unitorum Monasterium fuit extra Civitatem Leopolim,*“ z tego by zatem wynikało, że mieli oni swój klasztor Czy kościołem tym był klasztor św. Bazylego, jak sądzi ks. kanonik Pietruszewicz, czyli też „suburbana Ecclesia Monasterii Sanctae Annae,“ nie chcemy tutaj rozstrzygać?

[1]) Porównaj dokument z r. 1403 nr. XXX niniejszego zbioru analogicznéj treści (cessya młyna i części patronatu.)

sub eisdem vero certis et antiquis metis et limitibus, quibus ipsa possessio Dobrowtricz)[1] vocata per predecessores prefati Michaelis et per ipsum usa fuisset, Discreto viro Emnedyn vocato, Civi Lemburgensi, et Iohanni puero, filio eiusdem, similiter coram nobis personaliter astentibus (*sic*) ipsorumque heredibus heredorumque (*sic*) suorum successoribus pro Sexaginta sexagenis, plene receptis ab eisdem, in perpetuum et in irevocabiliter (*sic*) dedisset et vendidisset; Ymmo dedit et in perpetuum vendidit coram nobis, nullum Ius, nullum Se (*sic*) dominium prefatus Michael pro se et suis heredibus in dicta possessione Dobrowtricz reservando. Dansque prefatus Michael eisdem Emnidyn et Iohanni filio eiusdem ac ipsorum veris heredibus et legittimis successoribus ipsam possessionem si voluerint a se vendendi, alienandi, obligandi et in usus aliorum commutandi plenam potestatem. In Cuius Rei evidenciam perpetuamque potestabilitatem presentibus sigillum nostrum est appensum. Datum in Civitate Lemburgensi prenotata in Festo Beati Vincenti Martyris (*22 Stycznia*) Anno domini Millesimo Tricentessimo (*sic*) Octuagesimo quarto. Presentibus Nobilibus (*validis viris dominis Ladislao*) filio Posa Capitaneo nostro de Belz, Ladislao Castellano Lemburgensi, Iohanne parwo — Woywode (*sic*) de Grodek, Stephano Woywode de Lubaczow, Thoma dicto Beszano Woywode (*de*) Hal(*icz*), Bencone de Szabokruk, Iascone dicto Maszowsczy, Iuskone de Polyczicz, Miczkone de . . . . .[2]) Bogdano Armeno[3]) et alys quam pluribus nostris fidedignis.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metrop. lwowsk. obrz. łac. (Loc. IV, nr. 1) dość wyraźnie pisany, ale w jedném miejscu (u dołu) znacznie uszkodzony. Na sznurze jedwabnym koloru zielonego i czerwonego zawieszona pieczęć woskowa z odciskiem i napisem w obwodzie bardzo niewyraźnymi.

Na odwrotnéj stronie pergaminu napis z wieku XVI.

Super villam Dobrowtricz literae Anno domini 1384.

Et post devastationem per inimicos Regni cum primo molendinum cum piscina aedificatum est per possessores Hospitalis Sancti Spiritus videlicet prepositos, villa Mlinowcze nuncupata est; —

a w drugiém miejscu późniejszą ręką:

Milanowicze seu Dobrownycz.

---

[1]) Posiadłość Dobrowtrycz lub jak ją w dopisku nazwano Dobrownycz dziś pod nazwą tą odszukać się nie da, jest nią może dzisiejsza wieś Dąbrowica w powiecie Grodeckim położona. *A. P.*

Według zapiski atoli na odwrotnéj stronie dokumentu wieś tę spustoszoną nazwano późniéj „Mlinowcze." Téj nazwy „Młynowce" znajdują się dwie wsie w Galicyi, jedna w powiecie zloczowskim, druga w przemyślańskim.

[2]) W tém miejscu dziura.

[3]) Porównaj świadków tych ze świadkami podanymi w dokumentach z r. 1377 i 1378 (nr. VII i VIII): Tutaj mamy wojewodów i kasztelanów węgierskich, którzy za Ludwika i Maryi objęli rządy na Rusi, tam dygnitarzy z pod zarządu Władysława opolskiego.

# XII.

**Emeryk Webek, starosta ruski, poświadcza zeznanie Michała Pay de Tizmich uczynione na korzyść szlachcica pewnego nazwiskiem Miczko względem dóbr Irmanowa i Pochonowa. 1385.**

Nos Emericus Webek regni Russie Capitaneus Necnon commendarius. Quod Michael dictus Pay de Tizmich coram Nobis spontanea sua voluntate confessus extitit tali modo: Quod ipse nobilem virum nomine Mickonem in possessionibus Irmanow et Pochonow in districtu Lemburgensi sitis et existentibus contra dominum Demetrium de Pochtonby, si in aliqua temporis memoria dictus dominus Demetrius prefatum Michkonem pro factis et causis dictarum possessionum Irmanow et Pochonow[1]) vocatarum inpedire (*nite*)tur et (*expedire*[2]) molestare, cautela interveniente aliquali propriis suis laboribus et expensis defendere et expedire et in dominio earundem possessionum tenere et conservare quorumlibet contradiccione nepotum et consanguineorum domini Demetrii prenominati, non obstante, si iuri consonum fore videbitur; Quod si facere aliter non possit et nequiverit, extunc prefato domino Demetrio equivalentes possessiones pro predictis possessionibus Irmanow et Pochonow vel totalem pecuniam, in quibus heedem (*sic*) possessiones dicto domino Demetrio extitissent obligate, dare vel persolvere tenetur. Ad que omnia premissa prefatus Michael de Tizmich se spontanea obligavit voluntate. In cuius rei testimonium presentibus Sigillum Nostrum est apensum. Datum in Lemburga Sabbato proximo ante festum beate Sophie virginis et martyris (*29 Kwietnia*) Anno domini Millesimo CCC. LXXX. quinto, presentibus nobilibus et discretis viris dominis Petro Brun, Vazkone genero eiusdem, Wenkone Pay dicto Hoczkone, Ieskone de Masovich, Iuskone, Iurkone de Msowsich, Michkone de Mosovini, Michaele Clobanchky et alys quam pluribus fidelibus fidedignis.

Dokument oryginalny na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. II, nr. 12) z niezliczonemi skróceniami, bardzo nieczytelnie pisany. Pieczęć oderwana, pozostał tylko od niéj pasek pergaminowy.

---

[1]) Posiadłość Irmanow jest pewno dzisiejsza wieś Hermanow w powiecie lwowskim. Pochonow dziś jako osada tego imienia nie istnieje. *A. P.*

[2]) Wyraz „expedire" wykreślony w oryginale.

# XIII.

## Andrzéj, starosta ruski, poświadcza, że Mikołaj Słanka sprzedał Beńkowi z Żabokruk posiadłość Zarudce i dworzysko Przedrzymiechy za 70 kóp groszy. 1386.

Nos Andreas tocius Regni Russie Capitaneus Significamus quibus expedit universis presentibus scilicet et futuris presentem paginam inspecturis. Quomodo Nicolaus dictus Slanka[1]) in Nostram personaliter accedendo presenciam sermone vivo, vocis oraculo confessus exstitit in hunc modum, quod ipse quendam possessionem suam Zarudcze[2]) vocatam cum quadam curia Przedrzymechi[3]) dictam, in districtu lemburgensi habitas et Iure hereditario ad eundem Nicolaum pertinentes, cum omnibus et singulis suis utilitatibus, dominys et proventibus ac Terris arrabilibus cultis et incultis, pratis scilicet, Nemoribus, Silvis, Mericis, Mellificys, Montibus, Collis, (*sic*) aquis, aquarumve decursibus, Molendinis et piscinis, fluvys, Ryvulis, Stagnis et paludibus, Thabernis et generaliter omnibus Iuribus suis quibuscunque nominibus vocitatis, Sub eisdem veris, certis et antiquis metis et limitibus, quibus ipsa possessio Zarudcze et curia Przedrzimechi ante notate per predecessores Nicolai et per ipsummet Nicolaum usa fuisset, Famoso viro ac honesto domino Benkoni[4]) heredi de Zabocruk[5]) ipsiusque heredibus heredumque suorum successoribus pro Septuaginta Sexagenis grossorum, Monete communiter in terra Russie decurrentis, plene receptis ab eodem, irrevocabiliter dedisset et vendidisset, Ymmo dedit et vendidit et resignavit coram nobis, Nullum Ius, Nullum ve dominium prefatus Nicolaus Slanka pro se et suis heredibus in dictis possessionibus Zarudcze et Przedrzymechi reservando. Dansque prefatus Nicolaus Slanka eidem Benkoni et pueris suis natis, nascendis ac ipsorum veris et legitimis heredibus sive successoribus ipsas possessiones, si voluerint, a se vendendi, alienandi, Commutandi, obligandi et in usum sive usus pociores ipsorum convertendi

---

[1]) Przypuściwszy że w nazwisku Slanka głoski an zastępują nosową samogłoskę ą i że przedający nie Słanka lecz Słąka się nazywał, nasuwają się nazwiska Sołonki małej i wielkiej osad pod Lwowem leżących. Dod. do Gaz. Lwowsk. 1858, nr. 6. Porównaj także dokument nr. VI niniejszego zbioru.

[2]) Zarudce wieś w powiecie lwowskim, posiadłość lwowskiego klasztoru dominikańskiego.

[3]) Przedrzymiechy w powiecie kulikowskim o milę od Zarudec.

[4]) Beńko, Bieńko znaczy u Rusi Benedykta. Beńka, o którym tu mowa i żony jego Anny wizerunki znajdują się w dolnym kurytarzu klasztoru OO. Dominikanów lwowskich.

[5]) Żabokruki. Dwie osady tej nazwy znachodzą się w Galicyi, jedna w bobreckim, druga w obertyńskim powiecie.

potestatem. In cuius rei evidenciam perpetuamque stabilitatem presentibus Sigillum nostrum est appensum. Actum et datum in Lemburga feria Sexta proxima post festum purificacionis Marie (*9 Lutego*) Anno incarnacionis domini Millesimo Trecentesimo Octuagesimo Sexto. Presentibus Nobilibus viris ac honestis Domino Iaschcone Mazowsky, Michaele Habdank, Michaele Labuczsky, Chodcone Loyewicz[1]), Niczkone Mazowsky, Nicolao de Dimitrowicz[2]), Iohanne de Andreanow[3]), Petro notario nostro, Advocato Samboriensi, cui presencia dedimus in commissa, necnon quam plurimis fidelibus fidedignis.

Oryginał na pergaminie w bibl. OO. Dominikanów lwowskich, pieczęć oderwana, pozostał po niéj tylko pasek pergaminowy. Na odwrotnéj stronie napis współczesny:

litera emcionis Zarudcze.

Drugi napis późny podaje treść dokumentu.

Dokument ten był poprzednio już poprawnie drukowany przez p. F. Wolańskiego w Dod. do Gaz. Lwowsk. 1858, nr. 6.

## XIV.

### Władysław, książę opolski, nadaje na wieczystą własność wieś Dunajow szlachcicowi Denhart zwanemu. 1386.

**In nomine domini Amen.** Decet excellenciam principum suorum servitorum fidelium com(*odis et utilitatibus in*)tendere, ut dum eorum suffulti fuerint presidys, ipsos in sui honoris prosecucione et servicys senciant promciores. Nos igitur Ladislaus dei gracia Dux Opol(*iensis, Welunensis, cuia*)viensis, Dobrinensis etc. Russieque Dominus Notumfieri volumus quibus tam presentibus quam futuris expedit universis, Quod inspectis dignis et commendabilibus obsequys (*fidelis nostri dilecti De*)nharth dicti fideliter exhibitis et adhuc nobis nostrisque successoribus crebrius exhibendis, Sano nostrorum Seniorum prehabito consilio, de nostre native largitatis munifi(*cencia*) eidem predicto Denharth suisque heredibus ac legittimis Successoribus villam nostram dictam Dunayow, in Districtu nostro Lamburgensi sitam, cum omnibus eiusdem proventibus, (*utili*)tatibus, usufructibus, censibus, reditibus, exaccionibus, molendinis et eorum emo-

---

[1]) Rodzina Łojowiczów posiadała włości na Podolu. Zobacz dyplom z r. 1393. Dod. do Gaz. Lwowski. 1854 nr. 23.

[2]) Dmitrowice jedne są w winnickim, drugie w wiszeńskim, trzecie w radymińskim powiecie.

[3]) Andrychów czyli Andryanów w powiecie komarzeńskim.

limentis, Allodys, curys, Silvis, Rubetis, Nemoribus, campis, agris cultis et incultis vel de novo extirpandis, planiciebus, pratis et pascuis, aquis aquarumve decursibus, aucupacionibus, venacionibus, que privatis nuncupentur vocabulis universis, cum omnibus adherencys (*infra limites predic*)te hereditatis seu ville existentibus vel ex eisdem provenire valentibus temporibus affuturis, damus, conferimus et donamus per prefatum Denharth suosque successores (*legittimos ten*)endam, habendam, possidendam Iure hereditario perpetue libere et ad usus suos convertendam beneplacitos commutandam penitus et vendendam, omni cum Iure et (*Dominio, prout eande*)m soli tenuimus et possidebamus, prout ipsa hereditas et villa in suis metis circumferencialiter est distincta, nullis penitus exclusis. Hoc tam*(en ad)*iecto, quod singuli (*kmethones euisde*)m ville de qualibet curia possessa in festo Sancti Martini singulis annis pro censu nostre camere nobis et nostris successoribus per duos grossos latos sive *(magnos solvere sint astricti. Volumus eciam)*, ut Denharth nominatus suique successores legittimi cum uno Balistario nobis et nostris successoribus servire teneatur quocies(*cunque*) in (*terra*) nostra Russie generalis expedicio fuerit proclamata. Promittimus insuper predicto Denharth et suis successoribus, ut si, quod absit, ipsum vel ipsos in tali exercitu, ut premittitur, *(tempore)* expedicionis et sub (*nostro Banirio seu)* vexillo aliqua dampna in rebus et equis interfectis percipere contingat et captivari, ipsum et ipsos de omnibus hys, ut premittitur, liberare singulis (*ipsorum)* Dampnis in*(tegraliter restitut)*is. In cuius rei testimonium presentes fieri et Sigilli nostri utriusque puta maioris ac minoris munimine roborari fecimus et muniri. Datum et actum in Lub*(owla)* ipso Die Divisionis Apostolorum (*15 Lipca*) Anno Domini M. CCC. LXXX. Sexto. Presentibus hys testibus Ieschkone Kustra, Wlodkone Pallatino Wlad*(islaviensi, Ryczk)*one de Byala, Herboldo dicto Pansch, dominis militibus Radlone de Lassow, ymramkone de Ossow, Domino Iohanne de Zoraw Canonico P*(oznani)*ensi, Capellano nostro, cui presencia fuerunt in commissis, Et alys quam plurimis nostris fidelibus fide dignis.[1])

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. II, nr. 3), bardzo uszkodzony, text uzupełnić było można bądź własnemi konjekturami, bądź kopią z początku wieku XVII, niestety także uszkodzoną, zawartą w kopiariuszu arcybisk. na str. 24 i 25. Pieczęć oderwana, zostały tylko sznury z zielonego jedwabiu, na zgiętce poniżej dokumentu napisano nieco późniejszą ręką:
Lectum per Albertum de Zichlin R. P. Vicecancellarium
Anno M. CCCC. sexagesimo nono in Leopoli.
Na odwrotnéj stronie pergaminu:
privilegium super willam Dunayow

[1]) Zobacz notę dodaną do nr. XV.

# XV.

## Władysław, książę opolski, nadaje Denhardowi prawo pobierania cła w Dunajowie. 1386.

In Nomine Domini Amen. Nos Ladislaus Dei gracia Dux Opoliensis, Wielunensis, Cuiaviensis, Dobrinensis etc. Russieque dominus. Notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris quibus expedit. Quod cum contra fidelem nostrum dilectum Denharth de Dunaiow per cives nostros fideles et mercatores de Lemburga, Halicz et alios quam plures questio deposita esset, quod ipse Theloneum a transeuntibus per . . . . . . . . . quem a saliductoribus qui per Halicz . . . . . . . esset exigeret et tolleret et quem ab antiquo . . . . . . locatum de Civitatibus nostris predictis an . . . . . . saliductoribus et sub iuramentis ipsorum . . . . . . didicimus veritatem, quod a quolibet curru . . . . . . . . quecunque fora per Dunaiow transeunte non . . . . . . polonicalem et a quolibet curru salis onerato per . . . . salis et a quolibet bove tres denarios exigi et solvi deberet, quare nos prefatum Denharth circa huiusmodi Theloneum graciose conservamus, amputantes omnes et singulas alias exquisitas daciones. Harum in testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum litterarum. Datum in Lemburga die Sancti Iacobi Apostoli (*25 Lipca*) Anno Domini M. CCC. LXXX sexto.[1])

---

[1]) Dokument ten jako i poprzedni daje powód do następnych uwag krytycznych.

Dokument nr. XIV w oryginale zachowany według wszelkich cech dyplomatycznych jest pierwotworem niepodrobionym, nosi on na sobie wszystkie znamiona pisma z wieku XIV, tak że na pierwszy rzut oka każdy znawca zadeceduje, że pochodzi z czasu tego. Dokument nr. XV przechował się w kopii bardzo uszkodzonej w kopiaryuszu arcybisk. z początku wieku XVII. Treść sama zaś obudzać musi ważne wątpliwości. Władysław opolski bowiem już w r. 1379 ustąpił z Rusi, jakiém więc prawem rozdawał dobra na Rusi jeszcze w r. 1386? Czy posiadał on tu jeszcze, jak twierdzi Zubrzycki kron. miasta Lwowa str. 53. 54. Nota 18 zamki i miasta prawem prywatném? Znając jednak Władysława opolskiego można przypuścić, że mógł on nawet rozdawać włości, choć nie miał prawa do tego. Ważniejsze wątpliwości obudza czas, w którym dokumenta te są wystawione.

Dnia 15 Lipca r. 1386 wystawia on dyplom dla Denharda w *Lubowli* (nr. XIV naszego zbioru), dnia 20 Lipca tego samego roku, a więc w pięć dni później, dyplom w *Opolu* (Kodex Muczkowskiego I, str. 254 i 255 wydrukowany podług oryginału, który żadnej wątpliwości nie obudza), dnia 25 Lipca tego samego roku znów dyplom dla Denharda we *Lwowie* (nr. XV naszego zbioru) Czy jest, pytamy, rzeczą możebną, aby Władysław opolski mógł być 15 Lipca w Lubowli, 20 Lipca w Opolu a 25 Lipca we Lwowie? Jeżli jednak dokumenta te są autentykami, co mimo wątpliwości, których zataić nie chcieliśmy, być może, to świadczą one jak najdobitniej, że Władysław opolski intrygował przeciwko Jadwidze i śmiałość swoją posuwał nawet tak daleko, że przybył do Lwowa mimo to, że miasto już zajęte było przez królową Jadwigę, która na dniu 20 Marca 1386 r. w samym Lwowie potwierdziła przywilejе i prawa miasta tego (Kod. Muczkowskiego I, 252 i 253). Porównaj także dokument Władysława opolskiego z r. 1387 umieszczony w Zubrzyckiego kron. miasta Lwowa, str. 54 i 55 adnotacya 18.

Dokument ten był potwierdzony najprzód w r. 1430, potém w r. 1509. Potwierdzenie pierwsze brzmi:

In Nomine Domini Amen. Acta presentis temporis cum tempore facile labuntur, nisi testimonio scripturarum et testium annotacione perpetue roborentur, Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie, Magnus Dux Lithwanie, Necnon Terrarum Cracovie, Sandomirie, Lancicie, Cuiavie, Pomeranieque Princeps Supremus Russieque Dominus et Heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis harum noticiam habituris. Quomodo volentes subditos nostros circa iura eorum quemlibet conservare maxime Ecclesias et earum ministros, quibus quicquam zelo devocionis fecerimus nobismet in thezauros celestes reposuisse credimus (*sic*)[1]. Quare dum pro parte Reverendissimi in Christo patris domini Iohannis Ecclesie Metropolitane Leopoliensis Archiepiscopi sincere nobis devote dilecti peticio devote oblata est, ut sibi privilegium preclari Principis Ladislai Ducis Opoliensis, protunc Russie tenutary, graciose confirmare dignaremur. Cuius quidem privilegy tenor sequitur in hec verba.

Następuje dokument powyżéj umieszczony znacznie uszkodzony przez wilgoć. Potem brzmi potwierdzenie.

Nos igitur attendentes ipsius domini Iohannis Archiepiscopi iustam peticionem ipsam literam in omnibus eius punctis et clausulis ratificamus, approbamus et confirmamus tenore presencium mediante, decernentes ipsam de consilio Prelatorum et Baronum nostrorum robur obtinere perpetue firmitatis. Harum quibus Sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum Sandomirie feria quarta ante Dominicam Reminiscere (*8 Marca*) Anno domini M. CCCC. tricesimo. Presentibus Reverendis in Christo patribus Sbigneo Cracoviensi, Iohanne Wladislaviensi Episcopis, Magnificis Iohanne de Tharnow Palatino Cracoviensi, Iohanne de Czyzow Sandomiriensi, Dobkone de Oleschnicza Woynicensi et Iohanne de Ossolin Radomiensi Castellanis, multisque alys fide dignis. Datum autem per manus predicti domini Iohannis Episcopi Wladislaviensis et Regni Polonie Cancellary et Wladislai de Oporow Prepositi Sancti Floriani eiusdem Regni Polonie Vicecancellary, sincere nobis dilectorum.

Relacio predicti Wladislai Prepositi, Regni Polonie Vicecancellary.

Potwierdzenie drugie zaś brzmi:

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Tametsi Regum Maiestas omnia decreta literarum munimine roborare consuevit, illa tamen, que pio miseri-

[1] Zdanie to od kommatu niezrozumiałe.

cordique Ecclesiarum intuitu fiunt et conceduntur ferventiori quodam zelo benignius admittere, approbare et perennare debeant. Proinde Nos Sigismundus Dei gracia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, necnon Terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Russiae, Prussiae, Culmensis, Elbingensis Pomeraniaeque Dominus et Haeres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris, harum noticiam habituris. Quia nomine Reverendissimi in Christo patris domini Bernardini Archiepiscopi Leopoliensis, sincere nobis dilecti, exhibitum fuit coram nobis privilegium infrascriptum super Theloneum in Dunaiow villa mensae Archiepiscopalis perstringens Supplicatumque fuit nobis quatenus illud confirmare, approbare et ratificare dignaremur. Cuius privilegii tenor sequitur.

Następuje dok. z r. 1386, wraz potwierdzeniem z r. 1430. Potém:

Nos itaque Sigismundus etc. considerantes praeinsertum privilegium fore iustum, illud in omnibus suis punctis, clausulis et articulis, de certa nostra sciencia et singulari gracia . . . . . . . . nostrorum ratificandum, approbandum . . . . . . . . . . . . . . . sque approbamus et confirmamus prae . . . . . . . . . . in privilegio praeinserto certum . . . . constitutum fuerit Theloneum sic ut supra . . . . . . . . consuetudinem . . . antiquitus appro . . . . . . . . . . . Bernardinum Archiepiscopum sicut per alios antecessores suos duo denarii Thelonei a curribus vacuis exigi consuevit absque privilegiata institucione donacioneque. Idcirco Nos peticionibus ipsius Domini Bernardini imo verius Praelatorum Regni pro ipso et Ecclesia Leopoliensi impresentiarum porrectis benigniter annuentes predictam a curribus vacuis Thelonei solucionem approbandam duximus et approbamus immo verius Theloneum duorum denariorum per Dunaiow euntibus instituendum ipsique Domino Archiepiscopo et suis legitimis successoribus Ecclesiaeque Leopoliensi dandum et donandum duximus damusque et donamus in aevum. Dantes facultatem exnunc temporibus perpetuis Theloneum illud a curribus vacuis ibidem in Dunaiow per ipsum Bernardinum et successores suos Archiepiscopos exigendum, percipiendum et ad usus suos beneplacitos convertendum in perpetuum. Concedentes eidem Domino Bernardino Archiepiscopo et suis successoribus facultatem nostram Regiam, Omnes et singulos mercatores, vectores et quosvis homines ad solvenda Thelonea iure obligatos praedictum Theloneum in Dunaiow praetereuntes arestandum et ipsorum bona confiscandum, sic ut ius et consuetudo Regni nostri fuerit. Quae omnia et singula praemissa decernimus robur perpetuae firmitatis obtinere tenore praesentium mediante. In cuius rei testi-

monium Sigillum nostrum praesentibus est appensum. Actum in Conventione generali Piotrkoviensi feria sexta ante festum Sanctorum Tiburcii et Valeriani (*13 Kwietnia*) Anno domini Millesimo Quingentesimo nono, Regni nostri anno tertio. Presentibus Reverendissimo et . . . . . . . . . dominis Andrea Archiepiscopo Gneznensi et primate, . . . . . . . . . . Ioanne Poznaniensi, Erasmo Plocensi, Luca . . . . . . . . Praemisliensi et Regni Poloniae Vicecancellario . . . . . . Magnificis et Generosis Spytkone de Iaroslaw Castellano Cracoviensi, Nicolao de Kamieniecz Cracoviensi, Nicolao de Lubrancz Calissiensi, Ambrosio de Pampow Siradiensi, Nicolao Firley de Dambrowicza Lublinensi et Prandota de Trzciana Ravensi Palatinis, Iacobo de Szydlowiecz Sandomiriensi et Regni Poloniae Thesaurario, Ioanne Iarandi de Brudzow Calissiensi, Iacobo Siekliczki Woinicensi et Andrea Radzieiowski Sochaczowiensi Castellanis, Stanislao de Chodecz Marschalco, Iohanne de Lassko Coadiutore Gneznensi et Cancellario Regni Poloniae, Chistophero de Szydlowiecz Succamerario Cracoviensi, Petro Thomiczki Archidiacono Cracoviensi Secretario nostro, Et aliis quamplurimis Consiliariis et Curientibus nostris, testibus circa praemissa, sincere et fidelibus dilectis. Datum per manus eiusdem Reverendi Patris domini Ioannis de Lassko Coadiutoris Gneznensis et Regni Poloniae Cancellarii, sincere nobis dilecti.

Ioannes de Lassko
qui supra Coadiutor Gneznensis
et Cancellarius sscr.

Powyższy dokument wraz z dwoma potwierdzeniami wydrukowano tutaj według kopii z początku wieku XVII w kopiariuszu arcyb. zawartéj (str. 31—35). Kopiaryusz ten bardzo starannie pisany niestety bardzo jest uszkodzony przez wilgoć i myszy, zdaje się.

## XVI.

### Władysław Jagiełło darowuje kościołowi N. Panny Maryi w Żydaczowie wieś Rogużno. 1387.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei momoriam. Wladislaus dei gracia Rex Polonie, Lituanieque Princeps Supremus et Heres Russie etc. Significamus quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Quod licet innata cordi nostro benignitas inter sollicitudinum curas, quibus pro quiete subdi-

torum plurimum distrahitur universorum regimini suo subiectorum utilitati tenentur intendere, ad hoc tamen precipua consideracione propendit, ut Ecclesiarum libertatibus, profectibus et commodis possit et valeat sub tempore nostri felicis regiminis salubriter providere, nec enim in hoc nostre Celsitudinis erat propositum, nam in celestes thesauros et immarcescibiles illud reponi firmiter credimus, quidquid ad magnificandum Sanctarum Ecclesiarum honorem et ad amplificacionem Divini Cultus liberaliter erogamus, sane considerantes penuriam et defectum Ecclesie parrochialis Sancte Marie in Oppido nostro Zydaczow site et erecte cupientesque futuri iudicis, cuius benignam clemenciam nostris malis plurimum offendimus, iram vindicem operibus misericordie celerius prevenire, predicte parrochiali Ecclesie Sancte Marie in Żydaczow villam nostram Roguzno, in districtu nostro Zydaczoviensi sitam, cum omnibus ipsius utilitatibus, censibus, fructibus, redditibus, proventibus, agris, pratis, campis, pascuis, sylvis, nemoribus, gays, virgultis, mericis, rubetis, quercetis, borris, mellificys, lacubus, paludibus, aquis, earum decursibus, piscinis, molendinis, piscaturis ac quibusvis alys pertinencys, obvencionibus et appendys universis ad eandem villam Roguzno quomodolibet spectantibus, quibuscunque nominibus censeantur, prout eciam predicta villa in suis metis et graniciebus ab antiquo, longe lateque circumferencialiter distinguitur, damus, conferimus et donacione perpetua ac irrevocabili perpetuis temporibus affuturis, tali tamen condicione supposita et adiecta, quod si castrum nostrum Zydaczoviense absque villa memorata sufficienter et commode se foveri non poterit et eciam gubernari, extunc villam supradictam ad prefatum Castrum Zydaczoviense pertinere et spectare volumus pleno iure. Quam quidem villam non prius a predicta Ecclesia parrochiali Sancte Marie in Zydaczow nobis aut nostris successoribus alienandi et repetendi sit potestas, nisi prius tam bonam vel meliorem villam dederimus vel donaverimus Ecclesie sepedicte. Presencium sub Nostre Maiestatis Sigillo Testimonio literarum. Actum in Grodek die Dominico proximo post festum beati Luce Evangeliste *(20 Października)* Anno Domini 1387. Presentibus Iohanne Palatino Sandomiriensi et Capitaneo Russie[1]), Nicolao Castellano Wislicensi, Wlodkone Pincerna, Tomkone Subpincerna, Petro Schaffraniecz Subdapifero Cracoviensibus et Ianussio de Mordski Vexillifero et alys multis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus Venerabilis Zacharie Prepositi Sandomiriensis, Aule nostre Cancellary[2]).

[1]) Wnosićby można, że za Jagiełły zaraz po przyłączeniu Rusi przez Jadwigę ziemia ta nie tworzyla ani osobnego województwa ani osobnej prowincyi, lecz przyłączona była do województwa sandomirskiego, co zdaje się także wynikać z dokumentu nr. XVII z r. 1388, gdzie Ruś nazwano tylko Districtus, Terra necnon civitas Lemburgensis.

[2]) Porównaj pomnożenie dotacyi téj przez księcia Swidrygiełłę w r. 1415 poniżej wydrukowane a z aktów grodzkich lwowskich tom 541, pag. 326 — 327 wyjęte. Rogużno wieś w powiecie żydaczowskim.

Oblata w księg. grodz. lwowskich z dnia 21 marca 1738 r. (feria sexta post Dominicam Lætare). Acta castr. Leopol. tom. 541, pag. 325 — 326.

## XVII.

### Władysław Jagiełło obiecuje, że ziemi lwowskiéj nikomu ani z książąt ani z innych ludzi nie ustąpi, lecz że ją zatrzyma przy Koronie Polskiéj. 1388.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie litwanieque princeps supremus et heres Russie etc. Significamus quibus expedit universis. Quod cupientes Regni nostri Polonie ac Terrarum nostrarum condicionem in omnibus reddere meliorem, quemadmodum ex assumpte dignitatis officio astringimur et tenemur, Cum itaque ex divisione Regni ac terrarum eius plerumque ipsius Regni nec non terrarum desolacio comitatur, ex unione vero ipsius et Terrarum ipsius felicia continuo suscipit incrementa, Quo circa Terras nostras in unione volentes omnimode conservare, promittimus tenore presencium et spondemus, quod districtum ac Terram nec non civitatem nostram lemburgensem nulli ducum aut cuipiam hominum dabimus aut quomodolibet conferemus, sed eundem districtum ac Civitatem Lemburgensem pro nobis ac Inclita principe domina Hedvige, Regina Polonie, Consorte nostra carissima, nec non liberis nostris et Corona Regni nostri Polonie tenebimus, habebimus et habere volumus temporibus perpetuis et in evum. Harum quibus Sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Datum in Lublin in crastino beati Michael Archangeli (*30 Września*) Anno domini Millesimo Trecentesimo octuagesimo octavo[1]).

Oryginał na pergaminie w archiw. miasta Lwowa. Na pasku pergaminowym zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta pieczęć królewska większa, taka jak u Działyńskiego Stat. lit. tab. IV, nr. 2.

[1]) O dyplomie tym pisze Zubrzycki kronika miasta Lwowa, str. 57: „Tego roku wyprawili się radcy miasta do króla Jagiełły i znaleźli go w Lublinie . . . . . . . . że się rozeszła była pogłoska jakoby kraje ruskie od Polski odpaść i któremuś z książąt nadane być miały, miastu zaś na tem zależało, ażeby przy większem państwie pozostać mogło, gdyż udzielny książe ograniczony na mały kraj, ściślej w swe dochody wglądać był zmuszony, przeto przełożyła rada miasta w tej mierze swoje obawy królowi, a ten pismem w następujący dzień po św. Michale tamże w Lublinie uroczyście wydanem, zapewnia: iż przekonany jakie przez podział krajów na państwo spływają szkody i niedostatki on ani krainy ruskiej ani miasta Lwowa żadnemu książęciu nic nada, lecz sobie, małżonce swej Jadwidze i dzieciom z niej spłodzonym, wraz z królestwem polskiem zostawi".

Również Szajnocha (Jadwiga i Jagiełło, wyd. II. tom III. str. 319) pisze o nim: „Owym posłom czerwonoruskim upraszającym o dalsze rządy polskie, dał król Władysław w Lublinie nazajutrz po św. Michale r. 1388 zapewnienie pisemne, iż nie odstąpi nikomu Rusi Czerwonej, lecz pozostawi ją sobie, małżonce swojej i dzieciom z niej spłodzonym, razem z królestwem polskiem. Do dziś dnia spoczywa ten dokument w aktach magistratu lwowskiego".

# XVIII.

**Władysław Jagiełło nadaje wieś Podusów Pawłowi Czechowi ze Zahradyszcza na wieczystą własność, wypisując zarazem warunki, pod jakimi wieś ta na przyszłość do niego i spadkobierców jego ma należeć.**

**1389.**

**In Nomine Domini Amen.** Ad perpetuam rei memoriam. Wladislaus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Lithuanie princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et *(heres)*. Quamquam Regalis Dignitatis circumspecta benignitas (*univer*)sorum ex officio debito subditorum utilitati dignetur intendere et ea que grata ipsorum commoda censentur efficere consideracione (*graciosa*) perpendat, ad illorum tamen procurandas utilitates uberius inclinatur, quos (*sic*) intemeritate fidei forma (*sic*) constancia et laboris indefessi sollercia, claris testimoniis recommenda(*tur*), sane considerantes (*clare*) fidei studiosa obsequia, (*quibus*) Paulus Bohemus de Zahradiscze Noster fidelis dilectus Nobis hactenus complacuit et in posterum prestancius poterit complacere, horum intuitu (*ipsum*) specialis gracie (*prero*)gativa (*cu*)pientes pre(*venire*) sibi et eius heredibus ac successoribus legitimis villam Nostram Podussow, in districtu Lemburgensi sitam, cum omnibus censibus, fructibus, redditibus, utilitatibus, . . . . . .[1])cionibus, pertinencys, agris, pratis, campis, agriculturis, silvis, nemoribus, quer(*cetis, rubetis,*) gays, virgultis, (*boris*), mericis, pinnetis, mellificys, aucupacionibus, (*venacionibus*), lacubus, stagnis, paludibus, piscinis, piscaturis, aquis et aquarum decursibus, molendinis, (*emolimentis*) ac appendiis universis, solucione ac exaccione podimsczina tantum(*modo exclu*)sa, quam pro Nobis reservamus, perpetua et irrevocabili (*donacione*) damus, conferimus et donamus, (*per ipsum*) Paulum eiusque heredes ac successores legittimos cum omnibus metis, granicys et gadibus ac iuribus et dominiis (*haben*)dam, tenendam, possidendam, utifruendam, (*commutandam*, *de scituque Nostro vendendam et in usus*) beneplacitos convertendam. Ita ta(*men*) quod idem Paulus et eius successores (*legittimi*) Nobis et Nostris successoribus ad expedi(*cionem quamlibet obsequi tenebitur cum*) una lancea et servire. Harum quibus sigill(*um*) Nostrum est appensum testimonio literarum. Actum in Lemburga feria sexta post diem (*sancti Michaelis Archangeli* (*1 Października*). *Anno domini*)

[1]) Kilka liter nieczytelnych.

Millesimo CCC octuagesimo nono. Presentibus Iohanne Palatino Sandomiriensi, Dymitrio (*Vic*)ethezaurario, Cristino de Ostrow magistro Curie Domine Regine, Iohanne Sprowski, Iasthkone Mazowitha et Sencone terrigenis Nostris Russie multisque alys Nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus Honorabilis Zaclicze Prepositi Sandomiriensis aule (*nostr*)e Cancellarii, Nostri (*fideli*)s dilecti.[1])

Dokument oryginalny na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. II, nr. 9) bardzo uszkodzony, gdyśmy go do rąk dostali były tylko dwa pierwsze i dwa ostatnie wiersze czytelne, reszta wypełzła zupełnie, za pomocą ingredyencyi chemicznych potrafiliśmy jednak wywołać pismo na nowo, tak że w skutek tego i przy pomocy dość błędnéj kopii z początku wieku XVII (kopiar. arch. arc. str. 72) zrekonstruować text było można. Pieczęć oderwana, pozostały tylko po niéj sznury jedwabne zielone i czerwone. Pod dokumentem podpis nieco późniejszy:
Lectum per Albertum de Zichlin Regni Polonie Vicecancellarium.

# XIX.

## Władysław Jagiełło darowuje w nagrodę zasług Mikołajowi Gologorskiemu wsie Wicin i Ciemierzyńce. 1389.

Acta sunt hec Leopoli in terminis terrestribus feria quinta post festum sancti Adalberti episcopi et martyris proxima, anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo. Oblate sunt littere coram iudicio actisque terrestribus leopoliensibus per Reverendissimum dominum Petrum dei gracia Archiepiscopum leopoliensem et Magnificum ac Nobiles Iohannem Gologorski de Sienno Castellanum Haliciensem, Simonem Iohannem Czemierzynski et Nicolaum Jablonowski ac alios interesse ad easdem habentes Serenissimi Olim Wladislai Regis Polonie etc. pergamenee, Sigilli maiori cum zona sericea obsignate, quas ipse Reverendissimus Dominus Archiepiscopus cum prefato Iohanne de Sienno et Czemierzynce ac Iablonowski pecierunt in acta sibi inscribi, que ex mandato iudicy inscripte sunt, quarum tenor talis est.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Wladislaus dei gracia Rex Polonie, necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Lithuanie Princeps Supremus, Pomeranie Russieque Dominus et heres. Quamquam regalis dignitatis circumspecta benignitas universorum ex officy debito subditorum utilitati dignetur intendere et ea que grata ipsorum commodo censentur efficere consideracione graciosa perpenditur, ad illorum tamen procurandas utilitates uberius in-

---

[1]) Wieś Podusów leży w powiecie Przemyślańskim, która w r. 1475 przez kupno przeszła w posiadanie arcybiskupstwa lwowskiego. Zobacz dokument z 21 Kwietnia 1475 r. w tym zbiorze poniżéj wydrukowany. *A. P.*

clinamur, quas intemeritate fidei firma constancia laboris studiosi solercia claris testimonys recommendatur. Sane considerantes clare fidei studiosa obsequia, quibus Nicolaus de Gologory noster fidelis nobis hactenus complacuit et in posterum prestancius possit complacere, horum intuitu ipsum specialis gracie prerogativa cupientes prevenire, sibi et eius heredibus ac Successoribus legitimis villas nostras Wiczyn et Czemierzynce[1]) in Terra Russie sittas cum omnibus censibus, fructibus, redditibus, utilitatibus, obvencionibus, pertinencys, agris, pratis, campis, agriculturis, sylvis, nemoribs, quercetis, rubetis, gays, virgultis, borris, mericis, pinetis, mellificys, aucupacionibus, venacionibus, lacubus, stagnis, palludibus, piscinis, piscaturis, aquis et aquarum decursibus, molendinis, emolumentis ac appendys universis, solucione et exaccione podymsczyzna exclusa, quam pro nobis reservantes, perpetua et irrevocabili donacione damus, conferimus et donamus, per ipsum Nicolaum de Gologory eiusque heredes et successores legittimos habendum, tenendum, possidendum, utifruendum, commutandum, de scituque nostro vendendum et in usus suos beneplacitos convertendum, prout sibi et suis heredibus melius videbitur expedire, ita tamen quod idem Nicolaus cum suis successoribus ad quamlibet expedicionem nobis et nostris successoribus servire cum una hasta et quatuor sagittarys sit astrictus. Harum quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum in Klodno Dominico die proximo post diem Sancti Michaelis Archangeli (*3 Października*) Anno Domini Millesimo Trecentesimo Octuagesimo Nono. Presentibus Iohanne Palatino Sandomiriensi, Demetrio Vicethezaurario, Cristino Magistro Curie Domine Regine, Chodcone de Bibel, Chodcone Loyowicz, Benkone de Zabokruky multisque alys nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus Honorabilis Zaklicze Prepositi Sandomiriensis, aule nostre Cancellary, nostri fidelis dilecti.

Lectum per Albertum de Zychlin Regni Polonie Vicecancellarium.[2])

Acta terrestr. Leopoliens. tom XV.
Drukowany poprzednio według kopii przez Al. hr. Stadnickiego, Bibl. Ossolińskich III, str.82—84

[1]) Posiadłość Wicin, niegdyś Wiączyn zwana (zobacz przywiléj z 15 Wrześnla 1441 r. poniżéj umieszczony), leży w powiecie Złoczowskim. Ciemierzyńce w powiecie Przemyślańskim. *A. P.*

[2]) Podpis ten wciągnięty do oblaty jest znacznie późniejszy, wiemy bowiem z wielu innych tutaj wydrukowanych dokumentów, że Wojciech z Żychlina czytał je w r. 1469.

# XX.

**Władysław Jagiełło nadaje Adamowi kołodziejowi część dochodów z młyna położonego we Lwowie przed bramą halicką. 1391.**

In Nomine domini Amen. Ad perpetuam Rei memoriam. Wladislaus dei gracia Rex Polonie lithuanieque princeps supremus et heres Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis. Quod mente sollicita perpendentes multe fidelitatis studia, que adam Carpentarius, Noster fidelis dilectus, nostre magestati in continuacione laborum et structurarum Nostrarum industriose exhibuit et inposterum exhibebit, horum intuitu volentes ipsum Nostra gracia speciali letari et ad Nostra servicia reddere promciorem, sibi suisque heredibus et successoribus legittimis terciam mensuram in molendino Nostro, sito circa Walwam haliciensem[1]) Civitatis Nostre Lemburgensis, damus, tribuimus temporibus perpetuis liberaliter et donamus cum omni Iure et dominio, prout eadem tercia mensura ad Nos pertinebat, Per ipsum Adam heredesque eius et legittimos successores tenendum, habendum, utifruendum, vendendum, donandum, alienandum, legandum et perpetue possidendum, prout sibi, heredibus suis et legittimis successoribus melius, utilius et conveniencius videbitur expedire. Harum quibus Nostrum Sigillum appensum est testimonio literarum. Datum in Grodek in Vigilia Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum *(28 Czerwca)* Anno domini Millesimo Trecentesimo nonagesimo primo. Presentibus Iohanne Sandomiriensi, Spitkone Cracoviensi Palatinis, Dimitrio Marscalko (*sic*) Nostro, Schaffranecz Subdapifero Cracoviensi, Cristino de Ostrow Magistro curie Consortis Nostre, Petro Penauszek ac alys quampluribus Nostris, Nostris fidelibus, fidedignis. Datum per manus Wenerabilis Zacharie, aule Nostre Cancellary.

Oryginał na ćwiartce pergaminowéj w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. XV, nr. 4), pieczęć królewska dobrze zachowana, na wosku czerwonym wyciśnięta (taka jak u Działyńskiego, Statut litewski, tabl. IV, nr. 2), na sznurach jedwabnych zielonych i fioletowych zawieszona.

---

[1]) Wspomniona realność w XVI wieku przez darowiznę przeszła w posiadanie kapituły arcybiskupiéj obrz. łac. we Lwowie *A. P.*

# XXI.

**Władysław Jagiełło darowuje OO. Dominikanom lwowskim karczmę i cło nad rzeką Małą Lipą z obowiązkiem, żeby za niego i królowę Jadwigę czytali po trzy msze tygodniowo. 1392.**

**In Nomine Domini Amen. Wladislaus** Dei gracia Rex Polonie Lithuanieque princeps Supremus et heres Russie etc. Ad perpetuam rei memoriam. Significamus universis quibus expedit presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Ex benigna consideracione prehabita ad syncere devocionis insignia et oracionum devotarum suffragia, quibus Venerabilis Maternus viccarius universalis Russie una cum conventu Monastery corporis Christi in Civitate nostra Lemburgensi ordinis fratrum predicatorum devoti nostri dilecti pro nostra necnon Inclite Principis domine Hedvigis Regine Polonie consortis nostre charissime ac predecessorum nostrorum salute, omnipotentis dei misericordiam non desinunt invocare, Cupientes itaque, ut idem viccarius cum Conventu fratrum predicatorum divinis cultibus attencius valeant inherere, quodque fabricam seu Ecclesiam corporis Christi in Civitate nostra Lemburgensi fundatam, ad cuius instauracionem et consumacionem singularem zelo devocionis affectum gerimus specialem, possint operosius, nostris suffulti munificencys, instaurare, construere et ut inchoaverit prosperare altissimo consumare, prefatis viccario et conventui ipsorumque successoribus de nostre liberalitatis plenitudine Tabernam nostram in fluvio parva lippa[1]) et in strata ducente in Trebowl situata una cum Teloneo eisdem adiacente damus, concedimus et donamus donacione perpetua et irrevocabili, temporibus perpetuis affuturis, per ipsos vicarium et conventum et successores eorum tenendam, habendam, utifruendam et perpetuo possidendam eo iure et dominio, quibus ipsam Tabernam una cum Teloneo soli tenuimus, habuimus hactenus et possedimus pleno iure. Ut autem presentis nostre donacionis memoria plenior et evidencior in posterum habeatur, Idem viccarius cum conventu efficiant penitus et decernant, quod pro nostra et prefate domine Hedvigis Regine salute ac votivis successibus tres misse in predicta Ecclesia corporis Christi qualibet septimana cuiuslibet anni per fratrem

---

[1]) Posiadłość karczmy na rzece Małéj Lipie znachodziła się niegdyś blisko wsi Uszkowice (Ustkovice) w powiecie przemyślańskim, jak się pokazuje z przywileju króla Władysława Jagiełły z r. 1397 (nr XXIV zbioru tego) zatwierdzającego OO. Dominikanom lwowskim wzmiankowaną posiadłość *A P*

seu fratres ordinis ipsorum legantur continuo, quamdiu videlicet vitam egerimus et duxerimus in humanis. Nobis autem altissimo permittente migrantibus ab hac luce idem frater seu fratres pari modo tres missas defunctorum in qualibet septimana legere perpetuo sint astricti. Si vero solennitas alicuius festi in aliqua septimanarum huiusmodi occurerit, propter cuius celebritatem magnificam predicte tres misse suppleri non poterint, extunc in diebus feriatis alterius septimane sequentis predicte misse nihilominus per fratrem seu fratres eosdem suppleantur integraliter et ad plenum. In quorum omnium testimonium et evidenciam clariorem presentes literas nostras scribi fecimus nostrique pendentis Sigilli munimine iussimus roborare. Actum in Koszczieiow[1]) ipso die concepcionis Sancte Marie virginis (*8 Grudnia*), anno domini Millesimo Trecentesimo nonagesimo secundo. Presentibus Iohanne de Tharnow Sandomiriensi, Sandivogio Kalisiensi Palatinis, Demetrio Marschalco, Gnevossio de Sczmielow[2]), Iwano de Kleczcze et Hinczka de Przemancow ac alys multis nostris fidelibus fidedignis.

Powyższy dokument wydrukowano podług potwierdzenia króla Zygmunta z r. 1546 przechowanego w bibliotece OO. Dominikanów lwowskich. a wydrukowanego tutaj przy dokumencie z dnia 21 Października 1476 r.

## XXII.

### Władysław Jagiełło darowuje OO. Dominikanom lwowskim wieś Ustkowice. 1395.

**In Nomine Domini Amen.** Ad perpetuam rei memoriam. Wladislaus dei gracia Rex Polonie, Litwanieque princeps Supremus et Heres Russie. Significamus tenore presencium quibus expedit universis tam presentibus quam futuris, quod benigna consideracione ad sincere devocionis insignia et oracionum devotarum suffragia, quibus Venerabilis Maternus viccarius universalis Russie una cum Conventu Monastery corporis Christi in Civitate nostra Lemburgensi ordinis fratrum predicatorum devoti nostri dilecti pro nostra necnon Serenissime Principis Domine Hedvigis dei gracia Regine

[1]) Zobacz wyjaśnienie podane do nr. VII.
[2]) W dokumencie z r. 1393 (dodatek do Gaz. Lwowsk. 1854 nr. 23) wymieniony jest Gniewosz, starosta ruski, czy ten sam, który tu nazywa się de Sczmielow?

Polonie consortis nostre charissime et predecessorum nostrorum salute omnipotentis misericordiam non desinunt invocare. Cupientes itaque, ut idem viccarius et Conventus fratrum predicatorum divinis cultibus attencius valeant inherere, prefatis viccario et Conventui Monastery corporis Christi predicti villam nostram Regalem Ustkovicze in districtu Lamburgensi sittam cum omnibus et singulis fructibus, redditibus, censibus, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, gays, nemoribus, rubetis, quercetis, Borris, Mellificys, molendinis, emolimentis, piscinis, piscaturis, Lacubus, paludibus, aquis et aquarum decursibus ac cum omnibus et singulis utilitatibus ad dictam villam spectantibus, prout dicta villa in suis limitibus ab antiquo longe lauteque (*sic*) circumferencialiter est distincta et limitata, eo modo et iure, sicut alys monasterys donaciones fieri consueverunt, damus, conferimus et appropriamus Monasterio corporis Christi predicto in perpetuum, per ipsos viccarium ac Conventum Monastery predicti tenendam, habendam, utifruendam et perpetuis temporibus possidendam. Harum quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum in Podgoray[1]) in vigilia sancti Martini *(10 Listopada)* anno domini Millesimo trecentesimo nonagesimo quinto, Presentibus Bencone de Szabokruk, Iaszcone Masovita, Michaelle (*sic*) Lambanczky, Nicolao de Golagora, Michaelle Longo et Manczina voievoda Lamburgensi[2]) ac alys quamplurimis nostris fidelibus dilectis ad premissa fidedignis.

Relacio domini Ecclesie Poznaniensis prepositi Nicolai.

Powyższy dokument wydrukowano według potwierdzenia króla Zygmunta z r. 1546 w bibliotece OO. Dominikanów lwowskich przechowanego a wydrukowanego tutaj przy dokumencie z dnia 21 Października 1476 r.

## XXIII.

### Jan z Tarnowa, kasztelan i starosta lwowski, rozstrzyga spór między Dymitrem Wieczerzą z Leśniowic i rządcą kościoła św. Jana we Lwowie na korzyść ostatniego
### 1396.

Iohannes de Tarnow Castellanus et Capitaneus Lemburgensis universis et singulis presens scriptum inspecturis tenore presencium notificamus. Quod cum coram

[1]) Ustkovice jest dzisiejsza wieś Uszkowice w powiecie przemyślańskim. Podgoray dzisiaj nieznany jest w Galicyi. *A. P.*
Porównaj jednak dokument z r. 1402 (nr. XXVI), w którym wieś Zarudcze nazwana jest *„na Podhoray.“*
[2]) Wojewoda znaczy tu ziemskiego sądowego urzędnika właściwego Rusi.

nobis pariter et assessoribus nostris causa et querimonialis materia inter famosum Demetrium dictum Weczerza de Lesnowicze et Iohannem Religiosum Rectorem sancti Iohannis Ecclesie in suburbio Lemburgensi parte ex altera fuisset mota et suscitata pro quibusdam agris, campis, mericis, silvis, pratis et mellificiis, vulgariter barczy, in loco nomine Yampne et circa fluvium Hodowicze in prefato facto iudicialiter procedentes, pretactus Demetrius Weczerza contra dominum Iohannem Religiosum proposuit cum querela, quod ipse Demetrius haberet mellificias, arbores in mericis et silvis iuxta premissum fluvium Hodowicze et presertim in Yampne, ubi singula eciam omnia prata, agri, campi ad ipsum et ad villam suam dictam Lesnowicze videbantur legittime pertinere, sic quod illa prescripta predictus Iohannes Religiosus illicite possideret et minus iuste. Tandem sepefatus Iohannes Rector Ecclesie sancti Iohannis respondit in hec verba, licet prenominatus Demetrius mellificias, arbores in prehabitis locis habere videbatur vel videtur, niehilominus (*sic*) predicta prata et mellificia notanter in Yampne cuiusdam Wasilii silvestris[1]) forent, et alia prata, campi, agri omnes, merice, nec non silve a via incipiendo, que de Xnilow versus Stawczani transit, ex utraque parte dicti fluvii Hodowicze usque ad antiquum pontem antique strate, que de Lemburga versus Sczyrecz vadit, quod nunquam prescripta omnia ad prefatum Demetrium pertinebant, sed de iure et ab antiquis temporibus ad villam Hodowicze pertinere et spectare iuridice dinoscuntur. Isto non obstante predictus Iohannes Religiosus sua dicta et responsa, ut prefertur, sufficienti testimonio rite ac racionabiliter tunc approbavit. Nos vero cum nostris assessoribus, consideratis certis et racionabilibus domini Iohannis Religiosi probacionibus intellectis, dicta prata et mellificia singula notanter in Yampne[2]) predicti Wasilii silvestris, necnon alia prata et mericas, silvas, agros, campos fluvio Hodowicze adiacentes eidem ville Hodowicze et prefato domino Iohanni Ecclesie sancti Iohannis Rectori in predicto suburbio Lemburgensi et singulis ac generaliter omnibus suis legittimis successoribus Ecclesie sancti Iohannis presidentibus perpetuis temporibus vigoreque regia (*sic*) mediante conferimus et adiudicamus. Insuper prenominato Demetrio dicto Weczerza suisque legittimis posteris perpetuum silencium imponimus causis in prefatis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est presentibus subappensum. Actum et datum[3]) in vigilia Anuncia-

[1]) Wedlug innych mianowicie ruskich dokumentów jest to bortnik t. j. człowiek równający się bojarowi a trudniący się leśném pszczelnictwem.

[2]) Wieś Leśniowice leży w powiecie lwowskim. Yampne jest prawdopodobnie wieś Jamelna czyli przez miejscową Ruś Jamelyna zwana w powiecie grodeckim, Stawczany w tymże powiecie. Xnilow jest wieś Sknilow pod Lwowem. *A. P.*

[3]) Nie podano tutaj miejsca, w którém dokument ten wystawiony, bez wątpienia jednak we Lwowie.

cionis beate et gloriose virginis Marie (*24 Marca*) Anno domini **Millesimo Trecentesimo Nonagesimo sexto** presentibus Reverendo in Christo patre domino Iacobo Archiepiscopo Haliciensi et dominis Petro Wpyska[1]) Capitaneo Buscensi, Nicolao Mszurowsky, Mandczyna Woyewoda Lemburgensi, Cula de Szechrowicze, Stankone de Podworcze et alys quam pluribus fidedignis.

Dokument oryginalny w arch. przew. kap. lwowsk. obrz. łac. (Loc. XII, nr. 1.) na ćwiartce pergaminowéj z resztkami pieczęci zawieszonéj na pasku pergaminowym. Na odwrotnéj stronie pergaminu dwa napisy:

1) Decanatus Leopoliensis granicies.

2) 1396. Inter Decanum Ecclesiae S. Joannis in suburbio sitæ et G. Wieczerza Bonorum villae Lessniow haeredem ratione fundorum ademptorum actio.

Dokument ten był po kilka razy potwierdzany, najprzód w r. 1487 przez króla Kazimierza, po tém w r. 1555 przez króla Zygmunta Augusta.

Potwierdzenie pierwsze brzmi jak następuje:

**In nomine domini Amen.** Ad Perpetuam Rei Memoriam. Presentis evi Lubrica Variabilisque Condicio Singulas Mortalium acciones oblivionis caligine obumbrare obliterareque consuevit, que non sunt literarum apicibus commendate. Proinde Nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie necnon Terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Cuyawye, Lancicie, Magnus dux Lithwanie, Russie, Prussie ac Culmensis et Elbingensis Pomeranieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam h(*abituris*. *Q*)uomodo constitutus coram Nobis Venerabilis Iohannes Crowiczsky, decanus Leopoliensis, Notarius noster, devote Nobis dilectus, exhibitis coram Nobis privilegiis literisque infrascriptis, quamvis salvis et non suspiciosis, tam(*en propter*) maiorem earum firmitatem petivit easdem per Nos roborari, ratificari et confirmari, quarum sequitur tenor in hec verba:

Następuje najprzód dokument z r. 1371 oddrukowany tutaj pod nr. III, potém dokument z r. 1396 umieszczony powyżéj. Po dwóch tych dokumentach brzmi potwierdzenie daléj:

Nos tandem attentis literis, privilegiis preinsertis sanis, salvis et in nulla sui parte suspectis, sed omni prorsus vicio carentibus, easdem authoritate Nostra Regia de certa Nostra sciencia benignitateque et virtute Regia confirmandas, roborandas et ratificandas duximus, confirmamusque roboramus et ratificamus presentibus decernentes easdem firmitatis perpetue Nostre robur. In cuius rei testimonium sigillum Nostrum est

---

[1]) Petrus Wpyska jest zapewne Wypyska lub Wypyski. *A. P.*

W oryginale nazwisko to bardzo niewyraźnie napisane, w potwierdzeniu z r. 1487 napisano Nopyska, w potwierdzeniu z r. 1555 bardzo starannie i ze znajomością pisaném u Pyska.

presentibus subappensum. Actum Cracovie feria quinta in vigilia sancti Bartholomei (*23 Sierpnia*) Anno domini Millesimo quadringentismo octuagesimo septimo. Presentibus ibidem Reverendo in Christo patre, magnificis et Venerabilibus domino Iohanne Episcopo, Iacobo de Dambno Castellano et Capitaneo Cracoviensibus, Nicolao de Curozwanky Castellano Siradiensi, Creslao Cantore et Canonico Cracoviensis Ecclesie Cancellario, Petro de eadem Curozwanky Thesaurario et Gregorio de Ludbrancz Scarbimiriensi et sancti Floriani extra muros Cracoviensi preposito, vicecancellario Regni Polonie, sincere et devote Nobis dilectis. Datum per manus eiusdem venerabilis Creslai de Curozwanky Regni Nostri cancellarii sincere Nobis dilecti.

Creslaus Cancellarius subscr.

Relacio eiusdem Venerabilis Creslay de Curozwanky Cantoris Cracoviensis et Regni Polonie Cancellarii.

Dok. oryginalny w arch. kap. lwowsk. obrz. łac. (Locul. XII, nr. 2) na pergaminie z wielką pieczęcią królewską na wosku wyciśniętą, zawieszoną na sznurze kręconym z jedwabiu czerwonego i białego. Dokument pisany z wielu skróceniami, w jedném miejscu dość znacznie uszkodzony, uszkodzone miejsca staraliśmy się uzupełnić. Na odwrotnéj stronie pergaminu kilka zatartych napisów, jeden czytelny brzmi:

Decanatus Leopoliensis villae Hodowicza granicies 1371.

Potwierdzenie drugie brzmi jak następuje:

**Sigismundus Augustus** Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae etc. dominus et haeres. Significamus tenore praesentium quorum interest universis et singulis. Quia cum exhibitae essent coram Nobis, nomine Venerabilis Capituli Ecclesiae Metropolitanae Leopoliensis, literae Pergameneae sub titulo et sigillo appenso Ioannis de Tarnow, Castellani et Capitanei Lemburgensis, ipsi Capitulo ac Decanis Leopoliensibus ad presens ut est Nobis relatum servientes supplicatumque est Nobis, ut eas ipsas literas innovare illasque approbare, confirmare et ratificare dignaremur, quarum literarum tenor de verbo ad verbum sequitur.

Następuje dokument z r. 1396 powyżéj oddrukowany, potém brzmi potwierdzenie daléj:

Nos itaque Sigismundus Augustus Rex praenominatus supplicationi ipsi benigne annuentes literas praescriptas innovare iussimus illasque et earum contenta in omnibus punctis, clausulis et articulis confirmamus, approbamus et ratificamus robur debitae firmitatis illas earumque omnia, ut praemissum est, contenta obtinere decernentes. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum Piotr-

coviae in Conventione generali decima nona mensis Iunii Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Quinto, regni vero Nostri vigesimo sexto.

Ioannes Ocieski R. P. Cancell. m. p.

Relatio Magnifici Ioannis de Ocziesehino Regni Poloniae Cancellarii, Succamerarii Capitaneique Generalis Cracoviensis, Sandecensis Olstinensisque Capitanei.

Dokument oryginalny na pergaminie w arch. kapit. lwowsk. obrz. łac. (Loc. XII, nr. 1). Pieczęć zaginęła, pozostały tylko ślady, w którém miejscu była przytwierdzona. Na drugiéj stronie pergaminu trzy napisy:

1) Inter G. Wieczerza et Rectorem Ecclesiae S. Ioannis in suburbio Leopoliensi sitae lati Decreti approbatio 1555, 19 mensis Iunii Piotrcoviae.

2) Confirmatio Limitum Hodowica et Ecclesiae Sancti Ioannis Sigismundi Augusti 1555 Anno a villa Maleczkowice. 1396to Anno.

3) Confirmacio limitum Hodowiczae Anni Domini 1396 per Sigismundum Augustum Anno Domini 1555.

# XXIV.

## Władysław Jagiełło przenosi majętności OO. Dominikanów lwowskich na prawo magdeburskie. 1397.

**In Nomine Domini Amen.** Wladislaus dei gracia Rex Polonie Litwanieque princeps Supremus et heres Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis tam presentibus quam futuris. Quod cupientes diem extremi Iudicy misericordie prevenire operibus Ecclesias quoque et Monasteria et eorum personas in Laudem dei deputatas, ut nostri beatam memoriam habeant, pro nostra nostrorumque predecessorum salute creatoris omnium clemenciam exorare valeant, volentes prout conemur modis congruentibus sublevare villas Coszczessovo, Saszcovo, quinque curias in Mervicz, Krotosshin et Ustkovice cum teloneo et taberna prope Ustkovice vulgariter dicta Malalipa, in terra nostra Russie et in districtu Lemburgensi sittas, ad Monasterium et Conventum predicatorum fratrum ordinis sancti Dominici racione elemosine pro fabrica Ecclesie Sancte corporis Christi ipsius Monastery in Lemburga pertinentes, de iure polonico seu Ruthenico in ius Theutunicum, quod Maydemburgense dicitur, transferimus perpetuo duraturum. Removentes ibidem omnia iura polonicalia et Ruthenicalia, modos et consuetudines universas, que ipsum ius Theutunicum Maydemburgense predictum plerumque perturbare consueverunt. Eximimus insuper,

absolvimus et perpetuo liberamus omnes et singulos Cmetones, ortulanos et incolas villarum et taberne predictarum ab omni Iurisdiccione et potestate omnium Regni nostri palatinorum, Castellanorum, Iudicum, Subiudicum et Ministerialium eorundem, ut coram ipsis vel aliquo eorum pro causis tam magnis quam parvis puta furti, sanguinis, homicidy, incendy et membrorum mutilacionis cittati minime respondeant nec aliquas Penas solvere tenebuntur. Sed tantum supradicti Cmetones et Incole villarum et Thaberne predictarum coram suo sculteto seu eorum scultetis, sculteti vero coram ipsis fratribus vel eorum Priore vel seniore, qui pro tempore fuerit Monastery corporis Christi in Lemburga predicti aut coram nobis vel Iudicio nostro generali, dum per litteram nostram nostro sigillo sigillatam evocati fuerint, si ydem fratres in reddenda iusticia negligentes vel remissi fuerint, Extunc non aliter quam suo iure Theutunico Maydemburgense predicto cuilibet ad obiecta respondere sint obstricti. In causis vero criminalibus et capitalibus superius expressatis scultetis villarum et thaberne predictorum *(sic)* damus et concedimus plenam et liberam et omnimodam potestatem et facultatem Iudicandi, sentenciandi, corrigendi et puniendi, prout hoc ipsum ius Theutunicum Maydemburgense predictum in omnibus suis punctis, condicionibus, articulis et sentencys ac clausulis postulat et requirit. Iuribus tamen nostris Regalibus in omnibus semper salvis. Harum quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum in Lemburga ipso die sancti Remigy confessoris (*1 Października)* anno domini Millesimo trecentesimo nonagesimo septimo. Presentibus Reverendis in Christo patribus dominis Iacobo Archiepiscopo Haliciensi, Mathia Episcopo Premisliensi, Petro Rpischa Visliciensi[1]), Cristino de Ostrow Sandomiriensi, Petro Kmita Lublinensi Castellanis et Bokssha de Schumsko venatore Cracoviensi et alys quamplurimis fidedignis militibus nostris fidelibus dilectis. Datum per manus Reverendi in Christo patris domini Nicolai Episcopi Poznaniensis nobis sincere dilecti.

Ad Relacionem domini Nicolai Episcopi Poznaniensis.

Powyższy dokument wydrukowano podług potwierdzenia króla Zygmunta z r. 1546 przechowanego w bibliotece OO. Dominikanów lwowskich a wydrukowanego tutaj przy dokumencie z dnia 21 Października 1476 r.

---

[1]) Wieś Kościejow (Coszczessovo), Zaszkow (Saszcovo), Krotoszyn leżą w powiecie lwowskim, Uszkowice (Ustkovice) w przemyślańskim. Jako świadek podpisany Petrus Rpischa Visliciensis Castellanus zwie się w dokumencie z r. 1401 (Kodex Muczkowskiego I, 272) Petrus Rpischta (Rapsztyn). *A. P.*

# XXV.

**Jakób, arcybiskup halicki, pozwala Ojcom Dominikanom lwowskim założyć kaplice w Zaszkowie, Kościejowie i Krotoszynie i spełniać tamże obowiązki duchowne.**
**1399.**

In Nomine Domini Amen. Ut ea, que veneranda Pontificum gratialis fieri decreverit auctoritas, firma atque in suo stabili vigore perseverent et ut etiam dissensiones iurgiarum ex multorum cordibis strepitus submoveatur, sagax rationis providentia induxit, ut litterarum solennibus appicibus (*sic*) roborentur, ut omnis dubiositatis scrupulositas delegentium atque audientium mentibus propellatur. Hinc est quod Nos Iacobus Divina et Apostolice Sedis providentia Halicensis (*sic*) Archiepiscopus, Quia Fratres Predicatores in Oppido Lamburgensi existentes dicte Nostre Diocesis Haliciensis Eleemosinas, quibus sustentari valeant, propter multitudinem Schismaticorum ac diversitatem infidelium Nationum in nostro Archiepiscopatu in villis persistentium, ab aliunde acquirere non possunt, nec habere, nisi de villis ad Conventum Corporis Christi ibidem nomine pie Eleemosine ac fabrica dicti Conventus per Serenissimum Principem et Dominum Nostrum Dominum Vladislaum Dei Gratia Regem Polonie etc. ac predecessorum Suorum gratia donatarum, et quod etiam mendicationes, de quibus sustentationes habere possent, uberiores exercere nequeant propter predictarum infidelium Nationum multitudinem, ut prefertur, in villis commorantium, hoc paternali affectione ac sollicitudine advertentes, Ipsos Fratres in Cenobio sive Conventu prefato existentes gratia ampliori et favore speciali prosequi cupientes, et ut Ipsi Fratres temporalibus subsidys adiuti pro Serenissimi Principis et Domini Nostri Domini Vladislai Regis predicti et predecessorum Suorum Illustrissimorum Principum ac Dominorum necnon Nostra Successorumque Nostrorum aliorumque Omnium Benefactorum salute in Laudibus Divinis orantes ferventiores reddantur, Concedimus itaque predictis Fratribus de nostre liberalitatis clementia ac authoritate nostra speciali, ut prefati Fratres in Ipsorum villis, videlicet Zaszkow et Koszczeiow unam Capellam et aliam in Krotoszyno[1]) ad Ipsorum Conventum seu Monasterium prefatum ex donatione, ut prefertur, Eleemosine spectantibus erigere et construere valeant absque quorumlibet difficultate et conditione et impedimento et in eisdem Capellis non obstantibus quibusvis

[1]) Wsie tutaj wymienione objaśnione już były w adnotacyi do dokumentu nr. XXIV.

Nostris literis gracialibus sub quacunque forma verborum cuicunque per Nos datis et in futurum dandis et presertim quas contulimus Nobili Nicolao de Kulikow[1]) ipsorum hominibus sive incolis Villarum predictarum fidelibus Confessiones penitentium audire et penitentias eis prout cuiusvis qualitas suaserit iniungere salutares, Sacramentum Eucharistie, Unctionis extreme ac benedictionis nubentium et alia omnia generaliter et singula Ecclesiastica Sacramenta, que ad Salutem hominum respiciunt, exercere possint, conservare ac ministrare cum omni facultate administrationis exceptis casibus, a Iure seu consuetudine Nostre authoritati retentos, (*sic*) velut homicidy et aliorum quos pro Nobis aut Nostro Officiali specialiter reservamus, Insuper ut Fratres premissi omnia premissa liberius ac validius exercere possint et fructum animarum salutarem de ipsorum Verbi Dei necnon Sanctorum ministratione conquirere et accumulare valeant, authoritate Nostra et paternitatis benignitate indulsimus et presentibus indulgemus plenariam facultatem. Ceterum vero cupientes Anime Nostre et Successorum Nostrorum de remedio salutari pie providere dictos Fratres et Incolas villarum predictarum pro sustentatione uberiori eximimus a datione decime, si qua de Iure et consuetudine danda fuerit et absolvimus harum Nostrarum litterarum Tenore mediante. Et volumus et toto studio affectamus, ne predictam Nostram concessionem ipsis Fratribus factam quovis modo quisquis audeat ausu temerario irritare. Harum quibus Nostrum Sigillum est appensum testimonio literarum. Actum et Datum Lamburge Feria Sexta ante Palmarum (*21 Marca*) Anno Domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo Nono.

Dokument ten był potwierdzony przez Mikołaja Krosnowskiego Arcybiskupa lwowskiego w r. 1650. Potwierdzenie brzmi jak następuje:

Nicolaus Krosnowski Dei Providentia et Apostolicae Sedis Gratia Sanctae Ecclesiae Metropolitanae Leopoliensis Archiepiscopus, Abbatiae Czervinensis Perpetuus Administrator. Claram sancti antecessorum nostrorum propositi providentiam persancte recolentes et amplexu mentali expansisque brachiis omnem pro Dei cultura statutam dispositionem confirmare cupientes quatenus servorum Dei regularium, quos in partem sollicitudinis ab Ecclesiae sponsis acceptandos pia summi Pastoris voluit constitutio, augeatur numerus, accrescat meritum solideturque sedes. Cum dilecti in Christo Patres Fratres Praedicatores Conventus Sanctissimi Corporis Christi Archidiecesis et

[1]) Dwa są Kulikowa w Galicyi jeden miasteczko w powiecie Żółkiewskim, drugi wieś w powiecie Kamionka strumiłowa.

civitatis nostrae Leopoliensis Privilegium Originale Antecessoris nostri Iacobi Archiepiscopi Haliciensis authoritate nostra Archiepiscopali roborandum, confirmandum, solidandumque praesentaverint, cuius Privilegii tenor est talis.

Następuje dokument powyżéj oddrukowany. Potém brzmi potwierdzenie:

Nos igitur omnem quoad cultum divinum concatenationem una cum Antecessoribus nostris consolidantes hoc praeinsertum Privilegium cum omnibus clausulis, apicibus, praescriptionibus innovamus, roboramus, solidamus eique validitatis perpetuae robur adjicimus. Quibuscunque in contrarium non obstantibus. Datum Leopoli. 10 Augusti. MDCL.

Nicolaus Krosnowski
Archiepus. Leopolien. m. p.

Powyższy dokument wraz z potwierdzeniem wydrukowano według oryginału pergaminowego przechowanego w bibliotece OO. Dominikanów lwowskich. Pieczęć u dokumentu oderwana, pozostał sznur jedwabny koloru zielonego. Dokument ten według tego samego oryginału był drukowany w Dod. do Gaz. Lwowsk. 1861. nr. 8.

## XXVI.

### Beńko z Żabokruk zapisuje wieś swą Zarudce OO. Dominikanom lwowskim, pod warunkiem, że odprawiać za niego i familią jego dorocznie będą pewną ilość mszy. 1402.

**In Nomine domini Amen.** Noverint presencium ex tenore quibus expedit universi tam presentes, quam futuri, Quod Ego Benko heres de Zabocruki, pretendens salutem anime propriam, necnon Anne consortis mee care, progenitorumque et successorum meorum ac terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare, villam meam Zarudcze napodhoray[1]) vulgariter dictam, in districtu Lemburgensi alias Lwouiensi sitam cum omnibus et singulis dicte ville pertinencys, Iuribus et dominys, proventibus, obvencionibus, censibus, redditibus et emolimentis, prout dicta villa in suis metis et granicys limitata est et circumferencialiter distincta, cum Agris cultis et incultis et denovo exstirpandis, pratis, pascuis, Silvis, Rubetis, Mericis, Nemoribus, venacionibus, Aucupacionibus, Montibus, Collibus, vallibus, planiciebus, cum

[1]) Na Podhoray, porównaj dokument z r. 1395, nr. XXII niniejszego zbioru, datowany Podgoraj.

aquis, aquarumve decursibus, Molendinis, piscinis, Stagnis, lacubus ceterisque omnibus et singulis utilitatibus et usifructibus (*sic*), pronunc in eadem existentibus, prout eandem villam solus tenui et ipsa usus fui, dumtaxat uno prato in Maczoszyn napod stronnem lesze (*sic*! *sic*!) dicto vulgariter, pro me et meis successoribus legittimis reservato, de consensu et voluntate consortis mee pretacte, donacione perpetua dedi, contuli et assignavi, ac presentibus do et assigno pro Conventu ac Monasterio corporis Christi fratrum predicatorum in Lemburga, et signanter pro Capella dicti Monastery in honore beatissime virginis Marie et sancti Dominici confessoris gloriosi fundata et dedicata, per ipsos fratres ac Conventum ipsorum temporibus perpetuis possidendam, tenendam, habendam et in usus suos beneplacitos convertendam. Ipsique fratres, in dicto Conventu pro tempore stantes, tenebuntur et erunt astricti, anuatim qualibet in ebdomada ad legendas missas in Capella supra dicta, videlicet diebus dominicis alme et individue Trinitatis, ferys vero tercys sancti Dominici confessoris, Quartis sancti Nicolai, Quintis Corporis Christi, Sextis sancte crucis, sabbatis gloriose Virginis Marie, Secundis autem ferys ad decantandam missam defunctorum temporibus futuris perpetuis, pro status mei dicteque consortis mee felici incremento, sospitate ac salute nobis in humanis agentibus, nobis vero, dum altissimi providencia disposuerit, ab hac luce migrantibus, modo simili missas supradictas pro salute animarum nostrarum ac progenitorum nostrorum complere obligabuntur. Si vero aliquod festum Solempne secunda feria celebrandum occurret, extunc licebit ipsis fratribus predictam missam defunctorum altera die sequenti in eadem ebdomada supplendo perficere. Si autem ipsi fratres, in dicto conventu pro tempore existentes, dictas missas, sic ut premittitur, continuare et explere neglexerint, recusaverint et noluerint, licebit michi Benkoni predicto aut meis successoribus legittimis predictam villam Zarudcze[1]) ac eiusdem posessionem sine omni strepitu Iudicy capere et rehabere. Actum et datum in Lemburga in domo fratrum predictorum feria secunda post dominicam Reminiscere proxima (*20 Lutego*) Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Secundo meo sub Sigillo in fidem et testimonium omnium premissorum presentibus appenso. Presentibus ibidem Strenuo, Nobilibus et Providis viris dominis Iohanne dicto Clus

---

[1]) Wieś *Zarudce* leży w powiecie Lwowskim, na północ od niej *Macoszyn* w powiecie Żółkiewskim. Wsie te znachodzą się w sąsiedztwie Rokitna, Kościejowa i Zaszkowa, i tworzą całość posiadłości OO. Dominikanów lwowskich w tych stronach. Porównaj przywileje nr. VI i VIII zbioru tego. Beńko Żabokrucki kupił wieś Zarudce od Mikołaja Słanki 1386 r. Porównaj dokument nr. XIII niniejszego zbioru. Bliższą wiadomość o Mikołaju Beńku z Żabokruk i potomstwie jego wyczytać można w Lwowianinie r. 1841, str. 280. U południowych Słowian Benko, u Czechów Ben, Benek, Benik, Benko, Benesz, u Rusinów Benio, u Madziarów Benkö znaczy to samo, co Benedykt.
*A. P.*

de Wysnani, Iaszcone Maszoweczski de Myloticze, Nicolao Culicowski[1]), Iohanne de Boscz heredibus, Petro folmar, Peter (*sic)* stacher, civibus Lemburgensibus, testibus ad premissa.

Oryginał na pergaminie w bibl. OO. Dominikanów lwowskich, pieczęć wraz z sznurem oderwana. Dokument ten był oblatowany w grodzie lwowskim (Sabbatho in vigilia Festi nativitatis Christi Domini Anno ejusdem 1757mo). Zobacz Acta Castr. Leopol. Tom. 577, pag. 2661—2664.

Drukował poprzednio dokument ten Fr. Wolański w Dodatku do Gaz. Lwowsk., 1859, nr. 27, 28, 29, ale nie według oryginału, z któregośmy przedruk uskutecznili, lecz według potwierdzenia Zygmunta Augusta z r. 1559.

## XXVII.

### Dominikanie lwowscy obowiązują się, że za Beńka z Żabokruk i potomków jego każdego tygodnia czytać będą po kilka mszy z wdzięczności za odebraną od niego w darowiźnie wieś Zarudce. 1402.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos frater Maternus viccarius universalis terre Russie una cum Nicolao dicto Golthberg Inquisitore heretice pravitatis[2]), Iohanne feter, Iohanne heylis, Iacobo, Georgio et ceteris fratribus, fratrum predicatorum ordinis Conventus Lemburgensis, diocesis haliciensis, Universis, quibus expedit, protestamur presencium tenore. Quod cum Nobilis vir dominus Benko heres de Zabocruki pariter cum Anna, ipsius consorte cara, ad nos et ad ordinem predictum sincero corde animam et devocionem gerentes singularem, Cupientes terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare pro fabrica et reparacione eiusdem monastery nostri in honore corporis Christi fundati et signanter pro Capella in honorem beatissime virginis Marie ac sancti Dominici confessoris gloriosi dedicata, nobis et eidem Monasterio nostro villam ipsorum dictam Zarudcze napodhoray, in districtu Lemburgensi sitam, cum omnibus dicte ville proventibus et utilitatibus, prout ipsimet eandem tenuerunt et ipsa usi fuerunt, dumtaxat uno prato in Maczoszin excepto, pro ipsorum status felici incremento, sospitate ac salute, donacione perpetua dederint, contulerint et donaverint, prout hec in ipsorum donacionis

[1]) Ten sam Mikołaj Kulikowski przywiedziony w dok. z r. 1399, nr. XXV zbioru tego.

[2]) Papież Urban VI. jeszcze w r. 1381 dał Magistrowi OO. Dominikanów władzę przeznaczania zdatnych mężów tegoż zakonu na inkwizytorów herezyi (Inquisitor heretice pravitatis) na Rusi i Wołoszy. Suppl. ad hist. Russiae Monum. Nr. CLIV. *A. P.*

literis plenius continentur, Nos ipsorum largiflue donacioni, quo ad altissimi graciam uberius consequendam vicem reddere cupientes, statuimus, disposuimus et ordinavimus Missas qualibet in ebdomada anuatim diebus dominicis sancte Trinitatis, ferys vero tercys sanctorum Dominici, Quartis Nicolai confessorum, Quintis corporis Christi, Sextis Sancte crucis, Sabbatis beate virginis Marie in eodem Conventu nostro et Capella supradicta summissa voce celebrandas, Secundis vero ferys missam defunctorum decantando celebrandam pro salute ipsorum, ipsis in humanis agentibus. Ipsis vero, dum altissimi providentia disposuerit, ab hac luce migrantibus, modo simili ad missas supradictas pro salute animarum eorum progenitorum et successorum suorum in qualibet ebdomada perpetuo celebrandas diebus dominicis et festinis ac ferys suprascriptis in Conventu predicto nostro, perpetuo nos obligamus et astringimus, Condicione tamen addita tali, quod si aliquod festum solempne secunda feria occurreret celebrandum, licebit ipsis fratribus dictam missam defunctorum die altera sequenti celebrandam perficere. Adiungimus insuper, quod si nostri et fratrum nostrorum predictorum successores easdem missas modo premisso continuando celebrare recusaverint aut noluerint, licebit domino Benkoni predicto aut suis successoribus legittimis dictam villam a Conventu nostro prefato cum omni et Iure et dominio alienando rehabere. Actum et datum Lemburge feria quarta post Dominicam Letare proxima (*8 Marca*) Anno domini Millesimo Quadringentesimo Secundo Conventus nostri sub Sigillo in robur et testimonium evidens premissorum presentibus appenso. Presentibus Strenuo, Nobilibus et honestis viris dominis Iohanne Clus de Wysznani, Iaszcone Maszoweczski de Myloticze, Nicolao Culicowski, Iohanne de Boscz heredibus, Petro folmar, Petro stacher Opidanis Lemburgensibus testibus ad premissa.

Według kopii współczesnéj na pergaminie w bibl. OO. Dominikanów lwowskich.

## XXVIII.

**Piotr z Charbinowic, starosta halicki, poświadcza, że Agnieszka wdowa po Pawle Szekyrce, mieszczaninie halickim, darowała wieś swą Mały Bolszow Jakóbowi, arcybiskupowi halickiemu. 1402.**

Nos Petrus heres de Charbinowicze Capitaneus Haliciensis recognoscimus presencium tenore quibus expedit universis tam presentibus quam futuris harum noticiam

habituris. Quod accedens ad nostram nostrorumque assessorum presenciam honesta domina Agnes relicta Pauli dicti Szekyrka, civis haliciensis, villam ipsius dictam Malibolszow [1]), in districtu haliciensi, prope Halicz sitam, cum omnibus dicte ville utilitatibus et proventibus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus ceterisque eiusdem ville emolimentis, prout ipsamet eandem tenuit et ipsa usa fuit, Reverendissimo in Christo patri Domino Iacobo dei gracia Archiepiscopo Haliciensi et suis successoribus Archiepiscopis, Canonice intrantibus, dedit, contulit, temporibusque futuris perpetuis Archiepiscopatu Haliciensi predicto incorporavit libere et appropriavit. Actum et datum in Halicz feria quarta post dominicam qua in Ecclesia Dei letare decantatur proxima (*8 Marca)* Sub Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Secundo. Presentibus Strenuis ac Nobilibus viris dominis Heredibus Cristino de Martinow Barone, Benkone de Zabocruki, Iohanne Cola de Daleyow, Bulrico de Meducha, Nicolao Stpicznik de Bolszow, Petro Snopek de Kunaczow, testibus ad premissa. In quorum omnium maius robur et evidens testimonium Sigillum nostrum Presentibus est appensum.

Oryginał na małéj ćwiartce pergaminowéj w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. 25. nr. 3.) bardzo starannie pisany. Pieczęć oderwana, pozostał tylko pasek pergaminowy.

## XXIX.

**Ławnicy lwowscy poświadczają, że Hanko Gebaur i owdowiała Rodstok sprzedali należące do nich wolne miejsca w mieście Lwowie Jakóbowi, arcybiskupowi halickiemu, za cenę kóp piętnastu.**

**1403.**

Coram nobis Scabinis Civitatis Lemburgensis Videlicet Petro parwo, Clug Andris, Iohanne Drohiczen, longo Nicolao, Michaele fabro, Taniplone Nicolao, Smedfeld Petro et frederico pellificibus, in Iudicio legaliter Bannito, cui Neco Reuse Advocatus protunc presidebat, Honestus Hanko Gebaur et Relicta Rodstok aream ipsorum contigue domui Reverendi in Christo patris et domini, domini Iacobi divina providencia Archiepiscopi Haliciensis sitam, eidem Wenerabili in Christo patro (*sic*) domino Iacobo

---

[1]) *Mały Bolszow* jest dzisiejsze miasteczko Bołszowice pod Haliczem. *A. P.*

suisque successoribus Archiepiscopis pro Quindecim Sexagenis lemburgensibus iuste Vendicionis irrevocabili titulo libere ac Iuridice resignarunt, habendam, tenendam ac tam longe atque late possidendam sicuti et ipsi eandem possiderunt (*sic*) et pro sede Metropolitana[1]) perpetue observandam. Harum quibus Sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum et datum feria quarta ante laurency Martiris gloriosi (*8 Sierpnia*) Anno domini Millesimo Quadringentesimo tercio.

Oryginał na małéj ćwiartce pergaminowéj w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. 10 nr. 13) Na pasku pergaminowym zawieszona na zwyczajnym wosku wyciśnięta pieczęć ławnicka lwowska, dość znacznie uszkodzona. Na odwrotnéj stronie pergaminu napis współczesny:

privilegium super aream penes curiam domini archiepiscopi.

## XXX.

**Jakób, arcybiskup halicki, potwierdza dokument Narcyssa z Wroczymowa zrzekającego się na korzyść siostrzeńca swego Piotra Stechera, mieszczanina lwowskiego, praw swych do części młyna we Lwowie położonego. 1403.**

Frater Iacobus dei gracia sancte Ecclesie Haliciensis Archiepiscopus Metropolice Sedis Universis et singulis Christi fidelibus, ad quos presentes nostre pervenerint litere, Salutem cum sinceritate in domino caritate. Notificamus ad nostram venisse presenciam providum virum Petrum Stecher Civem Lemburgensem nostre Haliciensis dyocesis, reverenter porrexit literas nobis validi viri Marczissy militis et heredis de Wroczimoff Cracoviensis diocesis. Quasquidem literas perlegere fecimus, in quibus vero continebatur tenor talis. Ex parte Marczissy Militis de Wroczimoff[2]) Venerabilissimo in Christo patri ac domino, domino Iacobo Archiepiscopo Haliciensi Servitutis constancia cum obediencia perfluxa. Pater itaque amantissime, in Christo devote, vestre clarifico benignitati, quod porcio Iuris Patronatus Molendini circa Lemburgam situati, quequidem porcio seu pars per discessionem relicte Gregory Stecher pie memorie ad nos devoluta hereditarie tamquam ad Collatorem parcialem et nos ulterius

[1]) O podobnym akcie kupna realności wykonanym przez Jakóba arcybiskupa halickiego już przebywającego we Lwowie wspomina Zubrzycki kron. Lwowa pod tymże rokiem 1403 str. 65. *A. P.*

[2]) Wspomniany tutaj Narcys z Wroczymowa w akcie sprzedaży z r. 1402 nazwany jest Marcissius de Wrocsimonice. Zobacz Tom I. zbioru tego str. 21, nr. XI. *A. P.*

visis desiderys sorory nostri Petri Stecher Civis Lemburgensis ac eius peticionibus studiosis acquievimus eandem nostram partem Iuris patronatus[1]) suisque heredibus legittimisque successoribus ulterius contulimus atque donavimus perpetuis duraturum temporibus. Quapropter vestram exhortamus paternitatem precibus attentis, Quod prescripto Petro Stecher, Sororio nostro, presencium ostensatori, literam confirmacionis vestram super prefatam nostram partem collacionis nullomodo sibi denegantes et in ceteris vestre paternitati dicendis sibi fidem adhibentes credenciam veluti vobiscum nostra loquemur in persona Datum Cracovie feria tercia in octava sancti Stanislai in Maio, Nostro sub sigillo. Super quibus omnibus et singulis premissis prefatus Petrus Stecher humiliter nobis supplicavit literam sibi dare nostram confirmacionis. Quoniamquidem peticiones ad exaudicionis graciam admissimus (*sic*) presentibusque admittimus eandem partem Molendini pretacti et porcionem collacionis, ut prefertur, de consensu et voluntate prelibati Marczissy ascribimus et atribuimus prenominato Petro Ius patronatus, dominium et Collacionem partis Molendini, ut premittitur, Iure hereditario sibi Petro et suis legittimis succedaneis habebit provisionem et Collacionem prefate porcionis Molendini iuxta condescensum iam dicti Martini. Ex nunc Collator et Provisor existat idem Petrus et sui successores dare et conferre Porcionem Molendini prescripti Capellano et Capellanis presentacionem eorum ad investituendum et confirmandum super Altare fundato super bonis, fructibus, emolimentis predicti Molendini. Actum et datum Lemburge quintadecima die mensis Novembris. Anno domini Millesimo Quadringentesimo tercio. Ad perpetuam rei memoriam Sigillum nostrum est appensum, presentibus discretis et honestis viris domino Augustino Capellano nostro et Stanislao diacono nostre Curie, Nicolao presbytero de Plesna, Iohanne, Francisco nostris Scribis et quam pluribus fide dignis ad premissa specialter rogatis et vocatis testibus.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwows. obrz. łac. (Loc. 14, nr. 7) Pieczęć oderwana. Na odwrotnéj stronie pergaminu współczesny napis:

Resignacio iuris patronatus Molendini Stecher 1403.

Drugi późniejszy:

Vide in antiquis patrum Regestris explicacionem fondacioois eius altaris in principio.

---

[1]) Podobny stosunek patronatu zachodzi także w dok. nr. IX: akt sprzedaży Kalenikowa.

# XXXI.

**Władysław Jagiełło pozwala Jakóbowi, arcybiskupowi halickiemu, założyć staw rybny i młyn wodny na rzece Wielkiéj Lipie między wsią królewską Zboratycze i wsią arcybiskupią Dunajow zwaną.**
**1404.**

**In Nomine Domini Amen.** Ad perpetuam rei memoriam. Quia tunc multis errorum et dubiorum incomodis prudenter (*occurrimus, dum gesta etatis Nostre literarum apicibus et testium annotacione*) perhennamus. Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie, Lithuanieque Princeps Supremus et heres Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis (*presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Quomodo zelo devocio*)nis accensi, cupientes diem extremi iudicy pietatis operibus prevenire, ut divine retribucionis meritum consequi valeamus in futuro, Wenerabili in Christo patri domino (*Iacobo dei gracia sancte Haliciensis Ecclesie Archiepiscopo piscinam*) in fluvio Welikalyppa, quod flumen granicies inter villam Nostram Sboraythicze[1]) et inter villam Dunayow ipsius haliciensis Archiepiscopi dividit et distingwit, parare per mi(*simus damusque et conferimus parandi tenore presenciu*)m potestatemque aggerem ad Ryppam sive litthus (*sic*) Nostrum applicare poterit et eciam in altitudinem erigere aquasque causa minoris latitudinis ipsius piscine potest ducere (*in ascensum, licitum sit eciam eidem domino Iaco*)bo Archiepiscopo molendinum circa piscinam huiusmodi in flumine predicto Welykalypa construere sine Nostrorum aliorum molendinorum preiudicio et parare. Quam quidem piscinam et molen(*dinum construendum et parandum idem dominus Iacobus*) Archiepiscopus cum suis successoribus ac in omnibus eiusdem piscine et molendini utilitatibus, fructibus, proventibus, piscaturis et emolimentis tenebit, habebit, utifruetur, pepetue ac pacifice (*possidebit. Harum quibus*) Sigillum Nostrum presentibus appensum est testimonio litterarum. Actum in Lemburga feria quarta proxima post festum sancti Francisci (*8 Października*) Anno domini Millesimo CCCC. quarto, presentibus his va(*lidis strenuisque*) viris Iohanne de Tharnow palatino, Gnewossio de Dalewicze Subcamerario Cracoviensibus, Petro de Charbino-

[1]) Rzeka *Wielka Lipa* jest dzisiaj tak nazwana Złota Lipa, wsi zaś Zboratycze, tutaj Sboraythicze, którą wspomniona rzeka niegdyś od Dunajowa rozdzielała, dziś odszukać nie można. Być może, że zniszczoną została przy groźnym napadzie Tatarów w r. 1474, kiedy sławny Grzegorz z Sanoka, lwowski arcybiskup, obronił się od Tatarów w posiadłości swej Dunajowie. Do tej wsi, Zboratycze, odnosi się także dokum. nr. XXXII. *A. P.*

wicze Subdapifero Sandomiriensi et capitaneo haliciensi, Byenkone de *(Zabokruki, Dirslao)* Konopka Woyewodam (*sic*) Czerwonigrodensem, Hryczkone Kyrdeyowicz[1]) multisque alys Nostris fidelibus fidedignis. Datum permanus (*sic*) Wenerabilis in Christo patris domini Nicolai sancte Gneznensis Ecclesie (*Archiepiscopi Nobis sincere dilecti*).

Relacio domini Nicolai prepositi sancti floriani in Cracovia Regni Polonie Viceeancellary.

Dokument oryginalny na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. II, nr. 7) znacznie uszkodzony, text zrestytuować tylko było można za pomocą kopii z początku wieku XVII (kopiar. arcyb. str. 65 i nast.) Mała pieczęć królewska na sznurze jedwabnym koloru jasno-fiołkowego zawieszona, dobrze zachowana. Pod dokumentem nieco późniejszy podpis:

(*Lectum*) per Albertum de Zichlin, Regni Polonie Vicecancellarium, (*in Leopoli*) Anno domini millesimo CCCC sexagesimo nono.

Na drugiéj stronie pergaminu kilka napisów późniejszych, jeden współczesny:

Privilegium super piscina in flumine welykalypa inter Sboraticze et willam Dunayow 1404.

## XXXII.

### Władysław Jagiełło nadaje na wieczne czasy dworzysko Zboratycze kościołowi metropolitalnemu halickiemu. 1405.

**In nomine domini Amen.** Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humane nature commoda nichil (*sic*) dignius memoria opportunius existit ut actus hominum literarum apicibus et testium annotacione perhennentur, ne lapsu temporis evanescant. Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie Lithuanieque Princeps Supremus et heres Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Quomodo zelo devocionis accensi cupientes diem extremi iudicii pietatis operibus prevenire, ut divine retribucionis meritum consequi valeamus in futurum, Wenerabili in Christo patri domino Iacobo sancte Haliciensis Ecclesie Archiepiscopo eiusque successoribus sive Ecclesie Metropolitane Haliciensi Curiam nostram *(Zbora)*ticze desertam in districtu Lemburgensi sitam, que a multis retroactis temporibus deserta erat, cum omnibus ipsius pertinenciis, agris, pratis, campis, pascuis, (*silvis, gays, mericis, nemoribus, piscinis,*) piscaturis, aquis, aquarum decursibus, fluminibus, molendinis et emolimentis ac proherenciis (*sic*) et appendiis

[1]) O słynnéj na Rusi familii Kierdejowiczów w ogóle, jako i wymienionym tutaj Hryćku zobacz Szaraniewicz Hist Hal. Włodzim. Rusi (Lwów 1864)

universis ad eam ab antiquo et quolibet (. . . . . . . . . . . .[1]) *liberaliter*) et donamus perpetuis temporibus duraturum. Quam quidem Curiam predictus dominus Iacobus Archiepiscopus cum omnibus ipsius premissis (*pertinenciis tenebit*, *habebit* . . . . . . . . . . . . .[2]) successoribus perpetue et pacifice possidebit. Harum quibus Sigillum Nostrum (*appe*)nsum est testimonio literarum. Actum in Lemburga feria secunda proxima ante festum s(*ancte Hedvigis*[3]) *Anno Domini*) Millesimo CCCC quinto, presentibus hiis Wenerabili in Christo patre domino Matthia Episcopo Premisliensi, Strenuisque ac Nobilibus viris Boxa de Schumsko Venatore Cracoviensi, Passkone Subcamerario Poznaniensi, Georgio de Kwyathkow Castellano Capitaneo Byechowiensi, Petro de Charbinowicze Capitaneo Haliciensi et Hryczkone K(*irdeyo*)wicz multisque aliis Nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus Wenerabilis in Christo patris domini Nicolai de Kurow sancte Gnesnensis Ecclesie Archiepiscopi Nobis sincere dilecti.

Relacio domini Nicolai Regni Polonie Vicecancellarii.

Dokument oryginalny na pergaminie w arch. arcyb. metrop. lwowsk. obrz. łac. (nr. II), dość czytelnie pisany, lecz znacznie uszkodzony, tak że uzupełnić text tylko było można za pomocą kopii z początku wieku XVII zachowanéj także w arch. arcybisk., kilka słów jednak mimo to pozostało nieczytelnych, bo już w owéj kopii są opuszczone.

Na żółtych jedwabnych sznurach zawieszona na wosku wyciśnięta mała pieczęć królewska z orłem i pogonią bez korony z napisem w obwodzie Wladislaus dei gracia Rex Polonie . . . . . daléj nieczytelne.

Poniżéj dokumentu napis:

Lectum per Albertum de Zichlin Regni Polonie Vicecancellarium in Leopoli Anno domini Millesimo CCCC sexagesimo nono; — na odwrotnéj stronie kilka późniejszych zapisków.

Dokument był intabulowany in Libro Fundation. Tom. XIV p. 67 w Styczniu roku 1784.

## XXXIII.

### Władysław Jagiełło przenosi wsie Hodowice i Żydatycze na prawo niemieckie z dodatkiem, że z prawa tego korzystać tylko będą mieszkańcy wyznania katolickiego.

### 1405.

**In nomine domini Amen.** Ad perpetuam rei memoriam. Sane tunc divine retribucionis meritum et temporalis prosperitatis incrementum infallibiliter consequi non

---

[1]) Trzy lub cztery wyrazy zgoła nieczytelne.

[2]) Brakuje trzech lub czterech słów.

[3]) Dwa ostatnie wyrazy prawie zupełnie nieczytelne, po użyciu chemicznych ingrediencyi atoli i przy pomocy szkła powiększającego zdaje się, że stoi tutaj: *sancte Hedvigis*, w takim razie dokument ten jest wystawiony dnia 12 Października

ambigimus, dum comoda et utilitates ecclesiasticarum personarum in laudem dei dedicatarum de liberalitatis nostre munificencys amplioribus gracys dilatamus. Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie Lithuanieque Princeps Supremus et Heres Russye etc. Significamus Tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Quomodo Cupientes diem horridi Iudicy operibus pyetatis prevenire Specialisque Zelo devocionis accensi villas Honorabilis Iacobi Officialis Haliciensis et Hospitalary ad sanctum spiritum in Lamburga Hodowyce in fluvio Hodowicza et Zydathicza[1]) in districtu Lamburgensi sitas de Iure Polonico in Ius Theutunicum, quod Maydburgense dicitur, transtulimus et tenore presencium transferimus perpetuo duraturum, Removentes ibidem omnia Iura Polonicalia, Modos et Consuetudines universas, Que Ipsum Ius Theutunicum Maydburgense predictum perturbare consueverunt. Eximimus insuper, absolvimus et perpetuo liberamus Scoltetos, Kmethones, Tabernatores, Ortulanos, Molendinatores et quosvis predictarum villarum Incolas Katholicos ab omni Iuridiccione *(sic)* omnium Regni nostri Palatinorum, Castellanorum, Iudicum, Subiudicum Ceterorumque Officialium et Ministerialium eorundem, ut coram Ipsis vel ipsorum aliquo pro Causis tam magnis quam parvis Puta Sanguinis, Furti, Homicidy, Incendy, Membrorum mutilacionis Et quibusvis alys enormibus excessibus citati minime respondeant Nec aliquas penas solvere tenebuntur. Sed tantum Kmethones et Incole villarum Hodowicze et Zydathicza predictarum Coram Scoltetis seu Advocatis, qui pro tempore fuerint, Scolteti vero seu Advocati coram prefato Iacobo vel ipsius Successoribus legittimis Seu coram quocunque domino villarum predictarum, qui pro tempore fuerint, Aut coram nobis seu nostro Iudicio generali. Supradictus Iacobus vel ipsius Successores seu quicunque dominus dictarum villarum Hodowycze et Zydathicza In reddenda Iusticia negligentes fuerint et remissi, dum per nostram literam nostro Sigillo sigillatam evocati fuerint, Tunc non aliter quam suo Iure Theutunico Maydburgensi predicto omnibus de se querulantibus respondere sint astricti. In Causis vero Criminalibus superius expressatis Scoltetis seu Advocatis villarum prescriptarum Hodowycze et Zydathicza Senteneiandi, Iudicandi, Corrigendi, puniendi, plectendi et condampnandi *(sic)* damus et conferimus iuxta Terre consuetudinem plenam et omnimodam potestatem, Prout hocipsum *(sic)* Ius Theutunicum Maidburgense predictum In omnibus suis Clausulis, Punctis, Sentencys, Articulis et Condicionibus exigit et requirit. Sic eciam omnes et singuli

---

[1]) Wsie Hodowice i Żydatycze leżą w powiecie Lwowskim. Porównaj przywiléj z r. 1371, nr. III. zbioru tego. *A. P.*

Kmethones et quicunque Incole prescriptarum villarum daciones, Exacciones, Contribuciones, laboresque Subditi et Censuales Aliorum nobilium in partibus Russye solent solvi, efficaciter dent et exsolvant, volumus Insuperque tantum Poloni, Theutunici et homines nostre fidei Iure prescripto gaudere debeant et potiri. Actum In Grodek feria secunda proxima post festum sancte Hedwigis (*19 Października*) Anno domini Millesimo Quadringentesimo quinto. Presentibus hys Nobilibus Strenuisque viris Iohanne de Tharnow Palatino, Gnewossyo de Dalewicze Subcamerario, Boxa de Schumsko Venatore Cracoviensibus, Clussone de Wysnyani, Barthossyo Wlodconis et Proczcone de Goray, Multisque alys nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus Honorabilis Nicolai Aule nostre Viceeancellary, nobis sincere dilecti.

Relacio eiusdem domini Nicolai prepositi sancti Floriani, Regni Polonie Viceeancellary.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. 7, nr. 1). Na czerwonym sznurze jedwabnym zawieszona mniejsza pieczęć królewska. Na odwrotnéj stronie pergaminu współczesną ręką napisano:

Privilegium super ius theutunicum in zidaticze et hodowicze.

# XXXIV.

## Dominikanie lwowscy przyjmują na siebie rozmaite obowiązki względem Mikołaja Czecha, mieszczanina lwowskiego, i spadkobierców jego.

## 1406.

**In nomine Sancte et Individue Trinitatis amen.** Ad perpetuam rei memoriam. Cum propter brevem humane vite metam gesta hominum in longa non possunt contineri memoria, necessarium ergo est, ut l tterarum apicibus Sigillorumque fidedignis testimonys perhennientur, (*sic*) ut confusa oblivio memorie inimica litterarum longewo recordio ab humanis compellatur negocys iugiter exulari Sane cum illic maior recordandi ingruit necessitas, ubi ex non ficte caritatis preambulo laus divina intentari premittur (*sic*) que ex directo racionis officio finem ducit inoptimum ac summe felicitatis inobtentum. Proinde Nos Fratres ordinis predicatorum sancti Dominici Conventus et Ecclesie Corporis Christi in Lamburga, Haliciensis Diocesis, videlicet Frater

Maternus vicarius Contrate Russie[1]), Frater Iohannes Vettir, Frater Franciscus pampicz, Frater Mathias Ernst, frater Iohannes cerdonis de brega, Frater Sigismundus de foro Romani, Frater Iacobus Krancz, Frater Georgius Kamyn, Frater Nicolaus Engilbrecht, Frater Petrus Carnificis Ceterique omnes et Singuli confratres eiusdem conventus, quorum consensus requirebatur ad infrascripta, universis et singulis presentibus et futuris, presertim nostris successoribus vicarys et fratribus, qui pro tempore in loco nostro successerint, ipsorum omnium memorie perpetue comendamus, significantes: Quomodo famosus et honestus vir Nicolaus Bohemus Civis Lamburgensis pietatis motus visceribus volensque diem extremi Iudicy operibus misericordie prevenire divine retribucionis intuitu ac predecessorum suorum animarum salute, pro absolucione quoque suorum peccaminum predicti nostri Conventus et Ecclesie maximis condolens defectibus licet alias Nos et Conventum nostrum in mimerabiliter (*sic*) ac cottidianis Elemosinarum refecerit subsidys, et non solum eiusdem Conventus nostri, sed tocius ordinis sancti Dominici fautor indefessus extiterit et fidelissimus prosecutor presertim affectans faventis animi desiderio prefatam Ecclesiam Corporis Christi in parte sui protunc ob varios defectus nondum perfectam, Primo quendam partem murorum in corpore eiusdem Ecclesie dictam vulgariter mittelwerg circum et circa sacrarium Corporis Dominici de bonis sibi adeo concessis funditus erexit et effectuosis laboribus consumavit, Deinde considerans graves defectus Ecclesie prefate volensque, ut in edificiorum laboribus eo velocius valeat perfici, aliam partem murorum circum et ante Capellam sancti Michaelis eciam mittelwerg vulgariter dictam incorpore eiusdem Ecclesie proprys sumptibus radicitus totaliter erexit et perfecit. Racione cuius parietis muniti et intoto per ipsum perfecti Nos fratres prelibati spondemus sub consciencys nostris deo debitis et presentibus eo astringimus nos et successores nostros quoslibet et promittimus per modum digne recompense unam Capellam quasi ad latus Sacristie, quam predictus Nicolaus Bohemus edificari decreverat cum patronis sub Signatis et per ipsum electis, primo ad laudem omnipotentis dei sueque intemerate genitricis Specialiter sub Tytulis visitacionis et Assumpcionis eiusdem sacratissime virginis Marie necnon Wenczeslai, Viti martirum, Procopy et Erasmi beatorum de novo fundare et radicitus erigere quamprimum potuerimus et totaliter auspice domino perficere et finaliter consumari proprys sumptibus et impensis. Cuiusquidem

---

[1]) *Contrate Russie* znaczy tyle co provincie vel regionis Russie, albowiem w średniowiecznéj Łacinie wyraz: *contrata* lub *contrada* oznacza to samo, co francuzkie *contrée*, *pays* a czysto łacińskie *regio*. V. H. Maigne d' Arnis Lexicon ad scriptores mediae et infimae Latinitatis. Paris 1858. *A. P.*

Cappelle prescriptus Nicolaus Bohemus est primus Institutor, Fundator et Inventor et pro eiusdem Cappelle Altari reliquias seu ossa sanctorum predictorum Procopy et Erasmi ac aliorum unacum ceteris debitis Ornamentis ad ipsum Altare spectantibus Idem Nicolaus Bohemus fieri disposuit et condonavit. Illo specialiter adiuncto, quod sepetactus Nicolaus Bohemus pro instauracione eiusdem Cappelle, postquam perdictos fratres edificari inchoabitur, de sue beneplacito voluntatis Triginta sexagenas volt (*sic*) benivole condonare, Insuper Ambitum eiusdem conventus quasi intercia parte per ipsum Nicolaum Bohemum funditus edificatum et erectum Nos fratres pertacti testitudinibus validis debemus communiri et unacum predicta Cappella pernos edificanda integre usque adplenariam perfeccionem et ad finem debitum proprys, ut prefertur, impensis construere et complere. Item sepefatus Nicolaus Bohemus unam lampadem perpetuo coram et ante Sacrarium Corporis Christi in sepedicta nostra Ecclesia die noctuque ardentem instituit et erexit, prout in alys nostris litteris patentibus racione huius lampadis confectis plenius continetur et clarius elucescit. Ceteraque divisa prerogativarum grana, que sigillatim enodari longum esset, quibus ipse Nicolaus Bohemus Nos et nostros caritative respecit ac Ecclesiam prelibatam varys decorum fabricamentis largiflue instauravit, Nos vero vicarius et Fratres prescripti tantorum beneficiorum noninmemores nec ingrati, volentes tantis meritis vota nostra et premia auctore domino debito libramine compensare, ut ex eo ceteri Christicole ad largiendum nobis et nostris successoribus ad ampliores Elemosinas incitentur, de omnium nostrorum unanimi consilio, certa sciencia, voluntate ac consensu iuste ac laudande peticioni eiusdem Nicolai Bohemi in domino annuentes arbitrati sumus, astrinximus, obligavimus perpetuo et irrevocabiliter Nos et nostros successores Fratres eiusdem conventus presentibusque obligamus, ut singulis diebus dum et quando Idem Nicolaus Bohemus Ecclesiam sepedictam pro audiendis divinis Officys de mane, dum missarum solempnia celebrantur, intraverit, unus de nostris Fratribus, quem idem duxerit eligendum, missam, quam idem Nicolaus pro devocione sua audire voluerit, ad legendum sit paratus. Idem fiat quamprimum predicta Capella per Nos fundanda volente Domino consumata fuerit, ut ibi singulis diebus missa pro Contemplacione eiusdem Nicolai habeatur, post mortem vero antedicti Nicolai, quem deus feliciter mori faciat, in salutis sue ac suorum augmentum ac refrigerium fidelium animarum missa indifferens singulis diebus perpetuis temporibus per unum de nostris fratribus suppliciter expleatur et devote. Hoc tamen specialiter preassumpto, ut infestis patronorum predictorum et cuiuslibet patroni in Cappella nuncupata missa de eodem festo uocetenus

decantetur. Insuper cupientes ne per temporum obliviosa intervalla huiusmodi ritum ac racionabilem perpetuumque testamentum per nos et nostros quoscumque successores, Vicarios, Fratres seu quascumque personas cassum fuerit et irritum, quod a nobis ratum est habitum omnium nostrorum Fratrum prescriptorum sed et omnium singulorum sepefati conventus Vicariorum Priorum Ceterorumque nostrorum succedaneorum consciencias deo debitas obligamus ad onus seu penam infrascriptam, videlicet ut quicumque nostrorum predictorum aut subsecutorum nostrorum prescriptam nostram disposicionem, ordinacionem, obligacionem et huiusmodi laudabile testamentum verbo vel facto seu modo quocumque irritare voluerit, irritaverit aut cassare voluerit vel in Explendis missis huiusmodi taliter, ut prefertur, remissi, negligentes vel contrary fuerint vel fuerit, ut in die iusti ac strictissimi Iudicy et Iudicis de perceptis huiusmodi Elemosinis nobis et Ecclesie dicte factis usque ad ultimum quadrantem rigidam atque strictam pro nobis faciant racionem, volentes et se petentibus submittentes, ut post mortem eiusdem Nicolai Bohemi quicumque verus et legittimus heres vel eciam heredes fuerit vel fuerint, quem vel quos presentes nostras debito Iure habere contigerit, ut eadem prerogativa, uti debeat seu debeant, Qua idem Nicolaus in audicione misse huiusmodi utebatur tempore debito et consueto Eciam ut liceat sepenominato Nicolao vel suis heredibus vel Ius suum habentibus et cuilibet ipsorum de dictarum missarum Celebracione, Execucione scrutari, sollicitare, videre et contra negligentes, remissos vel alyos quoscumque contrarios ita forti et pigni Iure procedere, agere et proponere, sicut et ipse Nicolaus Bohemus faceret et facere deberet, dum vita comite ageret inhumanis, ut autem predicta nostra disposicio, repromissio, arbitramentum, obligacio et predicte Cappelle fundamentalis perfeccio et presentis testamenti digna rati habicio per Nos et nostros successores quoscumque in tali robore, ut prescribitur, inviolata conservetur, Sigillum sepefati conventus nostri unacum sigillo venerandi patris nostri Materni vicary predicti de omnium nostrum certa sciencia presentibus fecimus coappendi Et desuper habundanti presentes admisimus litteras in unum speciale publicum Instrumentum publicari.[1]) Actum die dominica, qua in Ecclesia dei decantatur Gaudete in domino semper etc. (*12 Grudnia*) Datum in stuba generali Conventus sepefati Sub anno domini Millesimo Quadringentesimo sexto Presentibus famosis et honestis viris Petro Eyzenhutil, Iohanne Worst Consulribus, Nicolao Göbel, Iohanne Zomirstayn, Petro Stecher, Nicolao smedfelt Civibus et me

[1]) Dokument ten dowodzi, że cały ówczesny konwent Dominikanów lwowskich złożony był z samych cudzoziemców, zwłaszcza zaś z Niemców.

Iohanne Interprete Notario Civitatis Lamburgensis pluribusque fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Oryginał na wielkim arkuszu pergaminowym w bibl. OO. Dominikanów lwowskich. Zawieszone były na paskach pergaminowych dwie pieczęcie, lecz obie zaginęły.

## XXXV.

### Król Władysław Jagiełło nadaje wiernemu słudze swemu Iwanowi Wołoszynowi i dzieciom jego karczmę nazwaną Werbiaż (Wierzbiąż) na rzece Szczercu, w Szczerzeckiéj woli, za roczną daninę królowi 100 groszków małych. 1407.

(Въ имѧ божье. станьсѧ. Мы Влодиславъ. король полский, литовский. руский и) иныхъ многихъ зѣмль господарь. знаемо чинимъ. симъ нашимъ. листомъ. каждому доброму. кто коли на сей листъ. узритъ. или. услышитъ. его. чтучи. комужъ того. листу. будетъ. потрѣбизна. аже даемъ. и дали. есмы. нашю корчму на имѧ. вербажь (на рѣци на счирци жчирецкой коли) [1] слузи нашему. ивану колошинокичю. и его. дѣтемъ. а такъ. даемь. ему. и дали есмы. со ксимъ. правомъ. с поли с лисы. с з дубровами. синожатми. ставми. с кодами и с истечами. и спасѣками. и со всими ужиткы с вѣчными. границами. како. широко и долго. што. к той. корчмѣ. извѣку. слушало. и слушаеть. имаеть. того. иванъ колошинокичь ужикати. и своими. дѣтми. а намъ с той. корчмы. имаеть давати. сто грошиковъ. малыхъ (каждый. годъ). а не имаеть. той корчмы. ѡтъ него ѡтиѧти. ни ѡдинъ. староста. ани ѡдинъ. воевода. безъ нашей волѣ. которыи. коли. на тотъ. нашь. листъ. узрить. заиже есмь дали. икану колошиновичю. тую корчму. и его. дѣтемъ до нашей волѣ. а к сему. нашему. листу. (на крипость). казали есмь. нашю. печать. привисити. у нашюмъ. дворѣ. у медыцѣ. у день. скатого мученика дмитриа. (7 Listopada) подъ лѣтъ роз.дества христова ~а лѣтъ и у литъ и семое лѣто. Самого крола приказъ.

Przepisano z kopii tegoż przywileju pochodzącej z XV wieku, pisanej na małej ćwiartce papieru dziś na dwoje rozdartej i znachodzącej się w zbiorze rękopismów w zakładzie narodowym im. Ossolińskich. Nagłowek tego dyplomatu, niedostający w kopii a pomieszczony tutaj w nawiasie, jest wzięty z innego dyplomatu ruskiego tegoż króla Władysława, w zwyczajnej formie na przywilejach podobnego rodzaju powtarzający się. Na rzece Szczercu już w r. 1423 wspomina się wieś *Werbez* (dziś *Werbiż*) super fluvium Scirecz, którą król Władysław Jagiełło przenosi na prawo niemieckie i w niej nadaje wójtowstwo żydowi Wołczkowi, przywilejem wydanym 1423 in Sambor feria V post festum S. Viti. Patrz nr. XLII. A. P.

[1] Wyrazy w nawiasach przywiedzione są pisane w kopii tego przywileju w tém miejscu pomiędzy wierszami a nie w samym tekscie przywileju, jednak ręką samego kopisty.

# XXXVI.

## Władysław Jagiełło potwierdza OO. Dominikanom lwowskim posiadłości ich w mieście Lwowie.
## 1408.

**In nomine domini Amen.** Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humane nature comoda nichil dignius memoria memoria *(sic)* habeatur, opportunum existit, ut actus hominum literarum apicibus et testium annotacione perhennentur, ne lapsu temporis evanescant. Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie, Lythwanieque Princeps Supremus et Heres Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Quod ad nostram Baronumque et Consiliariorum nostrorum veniens presenciam Religiosus et Devotus noster Materna, prior Conventus et Monastery Ecclesie Corporis Christi fratrum predicatorum in Lamburga, humiliter exposuit coram nobis, Qualiter littere et privilegia, que de et supra area Monastary (*sic*) et Ecclesie habuit per ignis incendium sunt ammissa (*sic*), nobis cum instancia et propensitate demum supplicans, Quatinus literas novas super area huiusmodi dare dignaremur et Iura Monastery restaurare, Nos vero dicto Monasterio pio compacientes affectu gratum deo in spem divine retribucionis volentes reddere facultatem, speciali zelo devocionis accensi, Cupientes diem extremi Iudicy pietatis operibus prevenire, eandem Aream, prout nunc et in antea in longitudine et latitudine circumferencialiter est situata et distincta, cum omnibus et singulis eiusdem aree structuris ac edyficys tam murorum, quam aliorum edificiorum Monastery et Ecclesie quorumcunque edificatis, erectis et constructis ac eciam erigendis, construendis et Edificandis quomodolibet in futurum necnon cum omnibus pertinencys, coherencys et appendys universis ad ipsam Aream spectantibus, qualitercunque ab antiquo Monasterio predicto Corporis Christi infra muros Civitatis nostre Lamburgensis predicte sito damus, conferimus, Apropriamus, incorporamus et donamus perpetuis temporibus duraturum. Quamquidem Aream Monasterium et Conventus fratrum predicatorum iam dictorum tenebit, habebit perpetue et pacifice possidebit. Harum quibus Sigillum nostrum presentibus appensum est testimonio literarum. Actum in peremisl Ipso die Simonis et Iude Apostolorum *(28 Października)* Anno domini Millesimo CCCC octavo. Presentibus hys Validis Strenuisque viris Iohanne de Tharnow Castellano et Capitaneo Cracoviensi, Petro de Radomice Castellano Dobrinensi, Petro de

Charbinowice Subdapifero Sandomiriensi, Byenkone de Zabokruk, Iohanne Mazowita de Iarzyczow et Nicolao de Kulykow multisque alys nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus Venerabilis Domini Nicolai Prepositi sancti Floriani Ante Cracoviam, Regni nostri Vicecancellary, nobis sincere dilecti.

Relacio eiusdem domini Nicolai Regni Polonie Vicecancellary.

Oryginał na pergaminie w bibl. OO. Dominikanów lwowskich, pieczęć wraz z sznurem oderwana. W roku 1546 potwierdził go wraz z innymi dokumentami król Zygmunt I, potwierdzenie to będzie umieszczone poniżéj przy dokumencie z 21 Października 1476 r.

## XXXVII.

**Florian z Korytnicy, kasztelan wiślicki i starosta lwowski, poświadcza, że Andrzéj Czuryło ze Stojanic sprzedał wieś Czerepin Ostaszkowi z Dawidowa za sto grzywien monety polskiéj. 1410.**

Nos Florianus heres de Corithnicza[1]) Castellanus Wislicensis necnon Capitaneus Lemburgensis, Significamus et recognoscimus tenore presencium quibus expedit tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris. Quod Serenissimus Princeps et dominus dominus Wladislaus dei gracia Rex Polonie Per Nobilem Wolczkonem de Borathino heredem Nobis specialiter suum ad hoc consensum intimavit et mandavit, ut hanc litteram et securitatem presentem exdaremus. Igitur ad nostram aliorumque Nobilium, protunc nobiscum sedencium, veniens presenciam Nobilis Andreas dictus Czurilo, heres de Stoyanicze, non coactus nec compulsus sed benivole sanus mente et corpore existens sanoque et maturo suorum amicorum usus consilio, totam villam seu hereditatem suam dictam Czerepyn, in districtu Lemburgensi sitam, cum toto Iure et Dominio, ita longe et late cum sicco et madido, prout solus hucusque tenuit, Nichil pro se aut pro suis proximioribus inibidem penitus reservando, Nobili viro Ostaschconi, Heredi de Dauidow[2]), et suis posteris legittimis pro Cen-

[1]) Florian z Korytnicy dowodził w bitwie pod Grunwaldem chorągwiami halicko-ruskiemi. Zobacz Szaraniewicz Hist. hal. włod. Rusi.

[2]) Wsie *Dawidów* i *Czerepin* leżą w powiecie Lwowskim, *Stojanice* są dzisiejsze Stojańce w powiecie Mościskim, skąd rodzina Czuryłów herbu Korczak. Niesiecki koron. Polska I, 388. Czuryło jest ruską wymową zmiękczone imie Kyryła (Cyryla), podobnie jak imie Kyryka przegłoszone na Czuryka. W nazwie *Ostaszko* kryje się imie Eustachego. *A. P.*

tum marcis Polonicalis numeri vendidit, et per ipsum Ostaschconem predictum vel suos posteros legittimos tenendam, habendam, utifruendam, possidendam, dandam, donandam, commutandam, vendendam, alienandam et in usus beneplacitos convertendam, perpetualiter resignavit. In Cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et Datum in Lemburga die dominico, quo in Ecclesia Dei Respice in me decantatur *(1 Czerwca)*. Sub Anno domini Millesimo Quadringentesimo Decimo. Presentibus Nobilibus viris dominis Clussone de Wyznani, Iohanne Mazouitha de Iaryczow, Strenuo Iohanne dicto Hlyb de Romanow, Zauissio de Lippa Woiewoda Lemburgensi, Oleschcone de Czyzzycow, Iohanne de Wynnyky Heredibus ac Alys quam pluribus Nobilibus fidedignis etc.

Oryginał na pergaminie w bibl. OO. Dominikanów lwowskich. Pieczęć oderwana, pozostał po niéj tylko sznur jedwabny koloru pąsowego. Dokument ten poprzednio już był drukowany przez Fr. Ks. Wolańskiego w Dod. do Gaz. Lwowsk. 1858, nr. 50.

## XXXVIII.

### Ziemowit, książę mazowiecki, zakłada i uposaża kościół w Łopatynie.
### 1413.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Semovitus dei gracia dux Masovie Russieque Princeps, dominus Terrarum Plocensis, Ravensis, Sochaczowiensis, Gostinensis, Plonensis, necnon heres Wysznensis et Belzensis. Omnibus et singulis tam presentibus quam futuris, coram quibus Tenor presencium fuerit recitatus, volumus fore notum. Quia gracia spiritus sancti primitus innotata volentesque quod exinde Orthodoxe fidei fieret incrementum ac eciam ut divinus cultus et pre̅sertim hic in partibus Scismaticorum augeatur, in villa nostri ducatus vulgari nomine dicta Loppaczino Ecclesiam parrochialem fieri fecimus ac ipsam Ecclesiam in honorem Venerande et gloriosissime virginis Marie et Sancti Nicolai Confessoris et Episcopi Wenerandi denovo fundandam decrevimus et locandam. Ad cuius Regimen Ecclesie fidelem et devotum Msczisslaum Cappellanum nostrum dilectum recepimus ac eidem et successoribus Ecclesie predicte, ut eo celerius et devocius divinis cultibus et laudibus insistere valeant, hereditatem nostram Bathiow vulgariter dictam, nulli

penitus obnoxiam, sitam in districtu loppatinensi, et unam Aream vulgari nomine dictam dworisczo, in predicta villa loppaczino *(cum)* om*(nibus et singulis)* eiusdem Aree et hereditatis utilitatibus, fructibus, Redditibus, Censibus, usibus, Proventibus, usibus, Obvencionibus, Pu*(ta*, *agris*, *pratis*, *campis*,) Silvis, Gagys, Nemoribus, Borris, Rubetis, Pinetis, Mellificys, Piscinis, Piscarys, Stagnis, lacubus, aquis et earum decursibus, molendinis constructis sive quomodolibet construendis seu faciendis et generaliter omnibus pertinencys, ad eandem villam et Aream abantiquo spectantibus, dedimus, donavimus et adiunximus Ecclesie predicte. Dedimus eciam prefato Rectori Ecclesie predicte et successoribus ipsius, qui protempore fuerint, mediam Tunnam medonis de Tributo nostro ibidem in loppaczino pro Ecclesia antedicta annis singulis, perpetuis temporibus fore recipiendam et levandam. Ceterum unam Thabernam pro usu Ecclesie antedicte in agris seu spacio dicte Aree in loppaczino admisimus construendam. Post Araturas vero ac labores et Culturas agrorum nostrorum in loppaczino et Mycolayewo[1]) villis nostris ipse Msczislaus Rector et successores ipsius decimas manipulares recipere et absque cuiuspiam contradiccione eviternis temporibus levare debent. Licitum eciam erit prefato Msczislao Plebano et successoribus Ecclesie predicte ac hominibus ipsorum in fluvio dicto vulgariter Styr pisces prendere, prout aly homines ville nostre loppaczino prendere consueverunt, tociens quociens fuerit necessarium et oportunum, isto specialiter adiuncto et expresso, quod si aliquando contingerit (*sic*) ipsam loppaczino in laneos permensurare, Extunc prefato Plebano vel qui pro tempore fuerit duos laneos Agrorum integre mensure in loco decenti, ita quod nullum preiudicium Ecclesie predicte generetur, loco Aree supradicte et prenominate assignare tenebimur et debemus. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum maius presentibus est Appensum. Actum et datum in Bels feria quarta in festo Pasche (*11 Kwietnia*) Anno domini Millesimo Quadringentesimo decimo quarto. Presentibus Strenuis et Nobilibus viris dominis Vigando Wexillifero Plocensi necnon[2]) Capitaneo Belzensi, Iohanne de Czwalino[3]) Capitaneo lubaczowiensi, Petro de Campo Subcamerario Gostinensi, Goworcone de Wola Vicethezaurario nostro heredibus ac Michaele Vicecancellario Curie nostre Alysque quampluribus dignisfide Testibus ad premissa[4]).

---

[1]) Poniżéj umieszczone potwierdzenie Stefana Batorego, zresztą dość zgodne z oryginalem, ma tutaj: *in Lopaczino, Mikolayewo et obliadowo villis nostris.*

[2]) W potwierdzeniu zamiast *necnon* stoi *nunctiorum.*

[3]) W potwierdzeniu zamiast *Czwalino* stoi *Zwychlino.*

[4]) *Loppaczino* dziś miasteczko *Łopatyn* powiatu Brodzkiego, w tymże powiecie znachodzą się wsie Batujow, Mikołajów. *Obliadowo* recte *Ochladow* wieś leży w powiecie Kamionka-Strumiłowa. *A. P.*

Oryginał na pergaminie w arch. kons. metr. lwowsk. obrz. łac., znacznie uszkodzony, pieczęć oderwana. Dokument ten był potwierdzony przez Stefana Batorego w r. 1576. Potwierdzenie brzmi jak następuje:

**Stephanus Dei** Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae etc. Princeps Transylvaniae etc. Significamus nostris hisce literis universis et singulis quorum interest, Exhibitas ac reproductas esse coram nobis nomine Venerabilis Nicolai Lanczinski Canonici Leopoliensis, Buscensis Lopatinensisque Plebani literas Illustris quondam Principis Semoviti Ducis Masoviae, Sigillo eiusdem pensili communitas, sanas, salvas et integras omnique suspitionis nota carentes, fundationem Ecclesiae Parrochialis in Villa Lopaczin continentes. Supplicatumque nobis est eiusdem nomine, ut eas auctoritate nostra Regia approbaremus, ratificaremus et confirmaremus, atque earum tenor ad verbum sequitur et est talis.

Następuje dokument wystawiony przez Ziemowita z odmianami wyżéj podanemi. Potém brzmi potwierdzenie:

Nos itaque Stephanus Rex praefatus Supplicationi supradicti Plebani tamquam iustae annuentes eas ipsas literas hic insertas in omnibus earum punctis, clausulis, articulis et toto tenore, si et in quantum in usu eorum extiterit, approbamus, ratificamus et confirmamus, decernentes easdem robur perpetuum obtinere, quin etiam cultum Dei omnipotentis . . . . . . . . . .[1]) illius et ministrorum eius promovere cupientes, damus et concedimus Plebano praedicto Lopatinensi eiusque successoribus Ecclesiae praedictae Lopatinensis Rectoribus omnibusque circa eam residentibus sacerdotibus facultatem incidendi ligna omnis generis in Sylvis Lopatinensibus pro usu domestico quovis arboresque ad reparationem Ecclesiae et domus ipsorum necessarias temporibus perpetuis atque in omne aevum. Quod Magnifico Stanislao comiti a Gorka Posnaniensi, Buscensi Kolensique Capitaneo moderno et aliis pro tempore existentibus Buscensibus Capitaneis denunciatum esse volumus, mandantes, ut praedictum Plebanum omnesque alios Ecclesiae illius Rectores in hac a nobis concessa incidendorum lignorum et arborum facultatem semper conservent integre neque eam ullo unquam pacto ipsis prohibeant Pro gratia nostra. Atque in horum omnium fidem hasce manu nostra subscripsimus et Sigillum nostrum maius appendi iussimus. Datum Thoruniae Die ultima Mensis Novembris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Sexto, Regni vero Nostri Anno Primo.

Stephanus Rex.

Oryginał potwierdzenia na pergaminie w arch. kons. metr. lwowsk. obrz. łac. Pieczęć oderwana, pozostały tylko sznury jedwabne koloru amarantowego, żółtego, błękitnego i bronzowego.

---

[1]) Dwa lub trzy wyrazy nieczytelne.

# XXXIX.

## Książę Świdrygiełło uposaża kościół Najśw. Panny Maryi w Żydaczowie.
## 1415.

In Nomine Domini Amen. Quoniam omnia acta que geruntur humanorum temporum eternorum solent memorie literarum scripture testimonio commendari, ne decursu vel longinquitate gestorum veritas obscuretur, Proinde Nos Swindrigelo tempore nostre tenucionis et gubernacionis oppidi Zydaczow, necnon tocius districtus ibidem adiacentis cum villis, nemoribus, pratis, sylvis, piscinis, paludibus et cum singulis fructibus ibidem adiacentibus seu pertinentibus, Dein inito et deliberato animo, habentes Deum Omnipotentem pre oculis nostris, cum conspeximus grandes defectus Ecclesie Zydaczoviensis, que est fundata in honorem Gloriose Virginis Marie, cui Ecclesie dedimus pro melioracione et in subsidium discreto viro domino Nicolao, ibidem protunc Rectori Ecclesie, sibi cum suis posteris in evum viginti suburbanos in suburbio nostro Zydaczoviensi cum omnibus ipsorum utilitatibus, censibus, fructibus, redditibus, proventibus, Tabernis, agris, pratis, campis, pascuis, tum et unam paludinem sive lacum in suburbio dictum vulgariter Nowe Iezioro, quod tendit sive natatur circa fluvium dictum Stryi cum omnibus circumferencys, necnon insulis iuxta gerantibus, pie propter Deum ac pro sanitate domini ac domini Regis Wladislai, dei gracia Regis Polonie, necnon pro sanitate omnium sibi fideliter serviencium et pro anima felicis memorie Illustrissime Regine Domine ac Domine Hedvigis. Quem quidem lacum antedictus dominus Nicolaus et sua posteritas habebunt, tenebunt et ad usum Ecclesie et ad suos possidebunt. Huius rei testes Validus vir dominus Danilo heres in Zadarzewsko Wolosko dictus Milewkowic, Niemiera necnon dominus Iohannes protunc Cancellarius Domini Illustrissimi Principis et Detentoris eiusdem loci, qui eciam hec omnia protunc vidit et audivit, et manu propria subscripsit in fidem ac testimonium omnium et singulorum premissorum. In cuius evidens Testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum sub Anno 1415.[1])

Acta Castrens. Leopol. tom. 541. pag. 326—327.

---

[1]) Porównaj dokument nr. XVI także do kościoła żydaczowskiego N. Panny Maryi się odnoszący.

# XL.

**Jan Rzeszowski, arcybiskup lwowski, uposaża kościół przez siebie założony we wsi arcybiskupiéj Kąkolniki, w obwodzie halickim położonéj.**

**1421.**

In nomine domini Amen. Nichil in humanis ordinacionibus aut disposicionibus salubrius cernitur, quam ut per vite presentis subsidium eterne remuneracionis premium concedatur. Ideo Nos Iohannes dei gracia sancte leopoliensis Ecclesie Archiepiscopus cogitatum nostrum iactantes in deum et ex intimis votis medullitus ad opera caritatis et misericordie aspirantes, per que peccata velantur, venia et salus tribuitur, ianua paradisi aperitur, et celestis regni habitacio perpetua erogatur, decorque domus domini et cultus divinus augetur, in remissionem peccatorum nostrorum et omnium fidelium vivorum ac defunctorum, Ecclesie parrochiali, quam in villa mense nostre Archiepiscopalis, Kankolniki nuncupata, in districtu haliciensi syta, denovo ereximus et fundavimus, ipsam suffragante nobis spiritus sancti gracia ad honorem omnipotentis dei et sub tytulo beatorum Iohannis Apostoli et ewangeliste, decemmilium militum, ac beate Marie Magdalene, dedicantes, de speciali consensu Capituli nostri leopoliensis et unanimi voluntate, damus ac tribuimus et perpetuo incorporamns Rectorique ipsius Ecclesie, pro tempore existenti, Tres mansos liberos eidem Ecclesie contiguos, pratum in Terra arearum Kriwicze dictarum et ex opposito ville Herbortow sytarum, decimam post araturas Curiarum nostrarum grani cuiuslibet, in territorio Kankolniki et in Torrente Bibel sytarum, decimam in molendinis in prefato torrente locatis vel locandis, decimam in omnibus piscinis nostris depresenti in Torrente predicto Bibel sitis vel imposterum situandis, taliter quod si aliqua ipsarum piscinarum fuerit per nos vel nostros successores legittimos vendita, decimum denarium, si vero solimet vel nostri successores voluerimus ad plenum piscari alias emittere ad piscandum, vulgariter dicto vocabulo Spuczhiczh (*sic*), decimum piscem habere debebit irrecuse. Eciam ascribimus et assignamus memorate Ecclesie Thabernam prope Ecclesiam predictam sytam, piscinam in medio ville antique, tamdiu per Rectorem eiusdem Ecclesie possidendam, quousque una alia loco istius, post curiam nostram in Torrente ex opposito Rutheni presbyteri domus habitacionis, nostris sumptibus et impensis fuerit laboribus ad effectum perducta, et eidem Rectori in posses-

sionem assignata. Insuper Rectori prefate Ecclesie, pro tempore existenti, pro mensa sua, die quo esus Carnium est a Iure vel a laudabili consuetudine et approbata prohibitus, piscandi pisces cum Rethe, vulgariter dicto wlok in piscina molendini, ex opposito Ecclesie syta, damus et conferimus omnimodam facultatem. Ut autem Rector prefate Ecclesie eo liberius Thabernam suam et laneos valentibus hominibus locare posset, volumus ut predictus Thabernator et Kmetones in Ecclesie laneis locandi coram nullo alio nisi coram ipsorum domino, videlicet Rectore Ecclesie predicte, de se querulantibus Iure, quo Kmetones ville nostre predicte Kankolniki pro tempore pocientur, responderent. Preterea appropriamus eciam memorate Ecclesie Annonas de laneis, mensales, clericales, Columbacionem, dum ipsa villa Kankolniki in Ius Thewtunicum fuerit locata, et alia omnia Iura Ecclesys parrochialibus in villis Iure Thewtunico locatis, solvi et dari solita ac consueta. Attento igitur quod per graciam dei eadem Ecclesia per Nos sufficienter existat dotata, ita quod Rector eiusdem, pro tempore existens, metsecundus cum viro valenti competenter poterit stare, volumus omnino, quod ydem . .[1]) Rector unum bonum virum adminus in vicarium foveat et teneat, pro divini cultus incremento proprys sumptibus et impensis, ac ipsius Ecclesie fulcimento. Ut autem hec nostra donacio robur obtineat perpetue firmitatis, presentes litteras desuper dari decrevimus, nostro et Capituli nostri leopoliensis predicti Sigillis appensis communitas. Actum et datum in Leopoli feria tercia infra Octavas Corporis Christi *(27 Maja)* Anno domini Millesimo Quadringentesimo vicesimo primo, presentibus ibidem Honorabilibus viris dominis Magistro Sigismundo Scolastico, Andrea Metropolyth in Glynani, Martino in Halycz, Iohanne in Sokolniki, Ecclesiarum parrochialium Rectoribus, nostris Canonicis leopoliensibus, protunc Capitulariter congregatis, Iacobo prebendario beate Katherine, Capelle in Castro minori leopoliensi, Alberto Pauli de Padwa publico Apostolica et Imperiali Auctoritatibus Notario, nostre Cancellarie prothonotario et alys quam pluribus fidedignis testibus ad premissa[2]).

Oryginał na pergaminie w arch. kons. metr. lwowsk. obrz. łac. Na sznurkach jedwabnych koloru zielonego zawieszone dwie galki woskowe: jedna z odciskiem czerwonym pieczęci arcybiskupiéj wyobrażającym Matkę Boską z Dzieciątkiem a u dołu tarczę z herbem Półkozic Rzeszowskich, w obwodzie napis:

S. Iohannis archiepoi. leopoliensis,

druga z niewyraźnym, ale zdaje się gryfa przedstawiającym, odciskiem koloru ciemnozielonego i

---

[1]) Dwa punkta tutaj umieszczone znajdują się w oryginale.

[2]) Wsie Kąkolniki, Herbortow dziś Herbutow leżą w powiecie Rohatyńskim, Kriwicze jako wieś dziś nie istnieje. *A. P.*

z nieczytelnym napisem w obwodzie. Dokument ten znajduje się oblatowany w księgach grodzkich lwowskich (ks. 371, str. 894—897) pod dniem 19 Września (Feria tertia ante festum sancti Mathei Apostoli et Evangelistae) r. 1617; — był zaś już poprzednio drukowany z kilku drobnemi myłkami i z niedokładnym opisem pieczęci w Dodatku do Gaz. Lwowsk., rok 1859, nr. 2 i 3.

## XLI.

### Albert dziedzic na Petlikowcach uposaża kościół w Petlikowcach. 1421.

**In nomine domini Amen.** Cum gesta hominum, que in tempore fiunt, simul cum lapsu temporis a memoria hominnm evanescunt, nisi literarum aminiculo et testium annotacione perhennentur, Proinde Nos Albertus heres de peklikowcze ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum deducimus per hec scripta. Quod cupientes diem extremi iudicy pyetatis operibus prevenire, ac terrena in celestia, et transitoria in eterna felici comercio commutare: ob remedium salutis anime nostre ac nostrorum progenitorum animarum Ecclesiam in Peklikowcze Opido nostro predicto ad laudem dei Omnipotentis ac inteminate genitricis virginis Marie, in honorem beati Nicolay confessoris atque pontificis, necnon Sancte Katherine virginis et beate Anne fundavimus denovo, ereximus et construximus ac debonis nostris dotavimus in hunc modum. Primo dedimus eviterne ad eandem Ecclesiam Decimam omnis Grani post Culturas Curie nostre in Peklikowcze. Item Decimas cuiuslibet Grani post Araturas Servitorum nostrorum videlicet Abrahe alias Awdanecz in Rukomessze et Iohannis in Bambenicze heredum singulis annis per ipsos eorumque Successores legittimos perpetue daturas. Item Thabernam circa Ecclesiam predictam de Circulo predicti Opidi eundo in sinistra Manu. Item Ortum retro Oreum plebani. Item duos Laneos liberos ibidem in Peklikowcze. Decimam Metretam cuiuslibet Grani de Molendino predicti Opidi, Pratum circa Semlyn iacens predicte Ecclesie eiusque Rectoribus perpetue assignamns. Item quilibet Opidanus eiusdem Opidi katholicus arans Agros uno Bove tenebitur in Festo beati Martini dare Rectori Ecclesie pre(*dicte*) unum quartale Siliginis et aliud Avene. Qui cum duobus Bobus arat Medium Truncum. Qui vero cum quatuor integrum Truncum utriusque Grani solve(*re tenebitur*). Item Opidani non colentes Agros videlicet katholici quibusvis quatuor temporibus Anni quilibet Hospes quatuor parvos grossos, In(*quilini vero*) eorum duos plebano solvere erunt astricti. Item quilibet Hospes Decimam quatuor tempora vel Annonas solvens Clericales per

latum gross(*um singu*)lis Annis solvere tenebitur, Inquilini vero per medium. Ceterumque damus quatuor Areas in villa Busowcze in fine eundo ad Bambenicze simul (*et pari*)ter sittas; adiungimus etiam et perpetue ascribimus ac irrevocabiliter incorporamus post Obitum nostrum predicte Ecclesie ac Rectoribus ipsius legittimis *(pro t)*empore circa eam residentibus villam nostram Iannow dictam cum omni Iure et dominio, prout soli Ipsam tenuimus, pro nostris Su(*ccess*)oribus in eadem villa penitus nichil reservantes, cum omnibus Censibus ac proventibus ad eandem villam spectantibus, scilicet Molendino in F(*luvio Lipa sito)*, Silvis, Nemoribus, Rubetis, Mellificys, venacionibus, Paschuis, Pratis, ac alys omnibus et singulis utilitatibus, que n(*unc ibi sunt et in futurum fieri*) possunt ville eiusdem, prout limittes ipsius se extendunt circumferencialiter, late longeque tenebuntque Rectores dicti pro temporib(*us suis eandem*) Ecclesiam regentes predictam villam regent, habebunt, possidebunt ac ea fruentur ad beneplacitum suum perpetuis temporibus futuris. C(*eterumque omne*)s singuli Rutheni ad Christianos domos ementes ad quelibet quatuor tempora quilibet ipsorum per quatuor grossos parvos vel Annonas suprasc(*riptas singul*)is Annis plebano premisse Ecclesie sit astrictus solvere. In quorum omnium Robur et evidenciam pleniorem ac Testimonium Sigillum nostrum *(presenti)* est appensum. Actum et datum in Peklikowcze[1]) in vigilia assumpcionis beate Marie virginis (*14 Sierpnia*) Anno domini M. quadringentesimo vicesimo (*primo. Present*)ibus Strenuo, honorabilibus, Nobilibus ac Idoneis viris dominis Iohohaune (*sic*) de Msszurow, Martino Plebano de Buczacz, Nicolao de (*Wiszniow*) Capellano Capitanei Haliciensis, Ianussio de Zarwanicze, Abraham alias Awdanecz de Rukomessze, Alberto de Szakowicze, Pelka de Stry, Iohanne de Bambenicze, Stognewo Stephano Molendinatore, Alberto dicto Zabrzezny, Laurencio Genero Molendinatoris, Mathia Zubrsky, Kusszone et Opidanis in Peklikowcze et alys quam pluribus Testibus ad premissa rogatis.

Oryginał na pergaminie w arch. kons. metr. lwowsk. obrz. łac., w kilku miejscach znacznie uszkodzony, pieczęć oderwana. Na odwrotnéj stronie pergaminu współczesną ręką napisano:

Privilegium Ecclesie in Pyeklykowcze.

Dokument ten był oblatowanym w grodzie halickim na dniu 24 Stycznia (Feria Tertia pridie Festi Conversionis Sancti Pauli Apostoli) 1645 r. Zob. Acta castrens. haliciens. Fasc. 309. nr. 434. Z oblaty tej uzupełniono miejsca uszkodzone, drukowane w texcie *kursywą*.

---

[1]) *Peklikowcze* dziś Petlikowce wielkie wieś w powiecie Buczackim; — *Rukomessze* dziś Rukomysz, *Bambenicze* (Bąbenice) dziś Bobulińce, *Busowcze* dziś Ossowcze leżą w tymże powiecie. Janów prawdopodobnie miasteczko tegoż imienia powiatu Trembowelskiego. *A. P.*

# XLII.

## Wladyslaw Jagiello przenosi wieś Werbiż na prawo niemieckie i mianuje w niéj wójtem żyda Wołczka. 1423.

**In nomine domini Amen.** Ad perpetuam rei memoriam. Quia tunc multis errorum et dubiorum prudenter occurrimus incomodis, dum gesta etatis nostre literarum apicibus et testium annotacione perhennamus, ne lapsu temporis evanescant. Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie, necnon Terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie Russieque dominus et heres Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Quomodo ad instantes peticiones Iudei nostri Wolczko villam dictam Werbez super flumine Scirecz in Terra Russye districtus Scirecensis situatam, prout in suis Metis et Granicys longe lateque abantiquo limitata existit et distincta, de Iure Polonico, Ruthenico et quovis alio in Ius Theutunicum, quod Sredense dicitur, transferimus perpetuo duraturum, Removentes ibidem omnia Iura Polonicalia, modos et consuetudines universas, que ipsum Ius Theutunicum plerumque perturbare consueverunt, Eximimus insuper, Absolvimus et perpetuo liberamus Kmethones et omnes Incolas wille predicte Katholicos dumptaxat ab omni Iurisdiccione et potestate omnium Regni nostri Palatinorum, Castellanorum, Capitaneorum, dignitariorum, Iudicum, Subiudicum ceterorumque Officialium et Ministerialium eorundem, Ut coram ipsis vel ipsorum aliquo pro causis tam magnis, quam parvis, puta furti, Incendy, Homicidy et membrorum Mutillacionis seu quibusvis alys enormibus excessibus citati minime respondebunt Nec aliquas penas solvere tenebuntur, Sed Kmethones et Incole ville memorate coram Scoltheto suo, qui pro tempore fuerit, Scoltetus vero coram prenominato Wolczkone aut ville successoribus legittimis aut coram nobis vel Iudice nostro Generali. Dum tamen per nostram literam Sigillo nostro Sigillatam evocatus fuerit et Citatus Et hoc si in reddenda iusticia negligens fuerit et remissus, Tunc non aliter quam suo Iure Sredensi predicto de se querulantibus respondere sit astrictus. In causis autem Criminalibus et Capitalibus superius expressatis Iudicandi, Sentenciandi, plectendi, condempnandi et puniendi Scolteto pro tempore existenti plenam damus et omnimodum concedimus tenore presencium facultatem, Prout hoc ipsum Ius Theutunicum in omnibus suis punctis, articulis (Senten-

ciaudi, plectendi, condempnandi et puniendi Scolteto pro tempore existenti plenam damus et omnimodam concedimus tenore presencium facultatem prout hoc ipsum Ius Theutunicum in omnibus suis punctis, Articulis[1])) Sentencys, Condicionibus et clausulis postulat et requirit, Nostris tamen Iuribis Regalibus in omnibus semper salvis. Harum quibus Sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum in Sambor feria quinta post festum Sancti Viti (*17 Czerwca*) Anno domini M. CCCC. XXIII. Presentibus Reverendis patribus dominis Iohanne Archiepiscopo Leopoliensi, Iohanne Episcopo Premisliensi et Wenerabili Sbigneo Sedis Appostolice Prothonotario, preposito Sancti Floriani extra muros Cracoviensis, Nobilibusque et Strenuis Paulo de Bogumilowice Iudice Cracoviensi, Domarathone de Cobilani Castellano Becensi, Iohanne Manszik de Dambrowa Suppremo Pincerna nostro, Laurencio Zaramba Curie nostre Marschalko Et Alys quampluribus fidedignis. Datum per manus Reverendi in Christo patris domini Alberti Episcopi Cracoviensis Regni Polonie Cancellary Necnon Wenerabilis domini Iohannis Decani Cracoviensis eiusdem Regni Vicecancellary, sincere nobis dilectorum.[2])

Ad relacionem domini Stanislai Czolek vicecancellary.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. 10. nr. 4.) Na sznurach jedwabnych koloru białego, czarnego i amarantowego zawieszona na wosku czerwonym wyciśnięta pieczęć królewska większa (Zob. Działyński Statut litewski tab. IV. nr. 2.). Na odwrotnéj stronie pergaminu współczesną ręką napisano:

In Wyrzbyansz super Iure Theutunico
1423.

## XLIII.

### Władysław Jagiełło darowuje Janowi arcybiskupowi lwowskiemu i następcom jego na wieczne czasy wsie królewskie Radszyn i Zdutyń w obwodzie lwowskim położone. 1424.

**In Nomine** (***Domini Amen.*** *Ad rei*) memoriam Sempiternam. Sane tunc divine retribucionis meritum et temporalis prosperitatis augmentum consequi infallibi-

---

[1]) Słowa nawiasem, którego w oryginale nie ma, objęte widocznie tylko przez omyłkę wsunął tutaj po drugi raz pisarz dyplomu.

[2]) Posiadłość *Werbez*, w przywilejach zaś niżej umieszczonych z r. 1425 *Werbeza*, z r. 1427 *Wierzbiaz*, jest dzisiejszy Werbiż, wieś nad potokiem Szczérzéc w powiecie Rudki położona. Porównaj przywilej z r. 1407 nr. XXXV.
*A. P.*

liter credimus, dum *(personis Ecclesiasticis ad laudem Dei deputatis)* munificencie nostre dexteram liberaliter impartimur, ut ipsi cultui divino insistentes liberius oracionibus deo dignis devocius vaccare poterint Et creatoris nostri (*clemenciam pro nostra predecessorumque et Successorum*) nostrorum polonie Regum et Reginarum, olim Consortium nostrarum dilectarum, Salute suppliciter exorare. Nam inter cetera pietatis opera, (*que de fonte caritatis procedunt, elemosina uberius comendatur*), Solemnibusque preconys comendata precellere dinoscitur cuncta opera pietatis, hec est enim ineffabilis suffragatrix, que Nos abluit (*a peccatis et misericordiam nobis restituit Salvatoris. Proinde Nos*) Wladislaus Dei gracia Rex Polonie, Nec non terrarum Cracovie, *(Sandomirie,)* Syradie, Lancicie, Cuyavie, Litwanieque Princeps (*Supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. Signific*)amus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium (*noticiam*) habituris. Quomodo eiusdem sacre Elemosyne *(zelo devocionis accensi, cupientes diem extremi Iudicy pietatis operibus)* prevenire Reverendo in Christo patri domino Iohanni dei gracia sancte (*Leopoliensis Ecclesie Archiepiscopo)* ac ipsius Successoribus dicte Ecclesie (*Leopoliensis Archiepiscopis et ipsi Ecclesie Leopoliensi villas nostras Radschin et Zdutyn*[1]) in Terra Russie et districtu Leopoliensi consistentes, prout in suis Metis (*et granicys longe*), late et circumferencialiter sunt distincte (*ab antiquo et limitate, cum omni Iure, dominio et proprietate, univ*)ersisque et singulis ipsarum utilitatibus, fructibus, Censibus, Redditibus, *(proventibus, agris*), pratis, campis, pascuis, Silvis, B(*oris, mericis, nemoribus, gays, virgultis, rubetis, mellificys, venacionibus,*) aucupacionibus, Stangnis, lacubus, Paludibus, Piscinis, Piscaturis, (*aquis*) earumque decursibus, Molendinis, et ipsorum E(*molimentis, attinencys, pertinencys, coherencys, appendys et usibus quibuscunque,*) qui modo ibidem sunt et imposterum fieri possunt, per ipsum dominum (*Archiepiscopum et successo*)res suos quoquomodo disponi et (*augeri, de innata nobis Celsitudinis clemencia damus, appropriamus, incorp*)oramus, annectimus, adiungimus, addimus liberaliter (*et donamus, perpetuis*) temporibus duraturum, per ipsum (*dominum Iohannem et eius Successores legittimos Archiepiscopos Leopolienses et ipsam*) Ecclesiam Leopoliensem habendum, tenendum, utifruendum, regendum, gubernandum (*et possidendum*) temporibus perpetuis pacifice et quiete, Necnon dispo(*nendum de eisdem*) villis et (*utili*)tatibus, prout eidem Domino

---

[1]) Wieś *Radschin*, *Raxyn*, *Racschin* dziś Rekszyn należąca do gr. kat. parafii Strychańce powiatu Przemyślańskiego. — Wieś *Zduthin*, *Szdutin* dziś pod tém nazwiskiem niewiadoma. Do bliższego oznaczenia wsi Radschin posłużył przywilej znachodzący się w Lwowskich grodzkich aktach: 1567 feria III post conductum Paschae, Concessio Swierscyorum aggeris ponendi inter Raxyn et Dworcze. *A. P.*

Archiepiscopo et Successoribus suis ac Ecclesie Leopoliensi *(predicte melius et)* utilius videbitur expedire, *(facientes)* ipsum dominum Iohannem Archiepiscopum et Successores suos ac Ecclesiam predictos verum Dominum heredem et perpetuum dictarum *(villarum)* Radschin et Zdutin possessorem, Iuribus *(nostris Regalibus semper salvis, videlicet Exaccionis fumalis)* in terra Russie dari consuetis. Harum quibus Sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum Cracovie *(feria sexta proxima post diem Cinerum (10 Marca) Anno domini)* Millesimo Quadringentesimo Vigesimo quarto. Presentibus Reverendis in Christo patribus dominis Alberto sancte Gnez*(nensis Ecclesie Archiepiscopo, Sbigneo Cracoviensis, Iohanne Wladi)*slaviensis, Iohanne Przemysliensis et Iohanne Chelmensis Ecclesiarum Episcopis, *(Magnificisque)* et Nobilibus Cristino de Ostrow Castellano, *(Iohanne de Tarnow Palatino Cracoviensibus,)* Sandivogio de Ostrorog Poznaniensi, Nicolao de Michalow Sandomiriensi et Iacobo de Conyeczpole Syradiensi Palatinis, *(multisque alys fidedignis. Datum per manus Vener)*abilium Iohannis decani Cracoviensis, Regni Polonie Cancellary, *(Et Sta)*nislai Czolek Cantoris Cracoviensis, Poznaniensis, *(Sandomiriensis Ecclesiarum Canonici, Regni Polonie)* Vicecancellary, Sincere nobis dilectorum. Ia. Stan*(czlaow)*.

*(Ad relacionem predicti)* Domini Iohannis *(Decani et)* Cancellary.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. 25. nr. 8.) tak znacznie uszkodzony, że tylko za pomocą kopii z początku wieku XVII (kopiariusz arcybiskupi str. 62—64) było można text zrekonstruować. Uzupełnione miejsca jak zwykle drukowano *kursywą*. Pieczęć oderwana, pozostał tylko kawałeczek sznurka jedwabnego koloru białego, czarnego i amarantowego. Na zagiętce pergaminu w prawym rogu poniżéj samego dokumentu napisano ręką nieco późniejszą:

*(Lectum per Albertum)* de Zichlin Regni Polonie Vicecancellarium *(in Leopoli)*. Anno domini Millesimo CCCC. sexagesimo nono.

Na odwrotnéj stronie pergaminu współczesną ręką napisano:

Privilegium super Racschin et Szdutin villas . . . . .

1424.

## XLIV.

**Władysław Jagiełło zapisuje kościołowi metropolitalnemu lwowskiemu wieś Detatyn wraz z dworzyszczem pustém Kleczemie i wszystkiemi przynależytościami mianowicie zaś z lasem Jaworek zwanym na wieczne czasy.**

**1424.**

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia tunc multis errorum et dubiorum incomodis prudenter occurrimus, dum gesta etatis Nostre litterarum apici-

bus et testium annotacione perhennamus, Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie necnon Terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Lythwanieque Princeps Supremus Pomeranie Russieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis tam presentibus quam futuris harum noticiam habituris. Quomodo zelo devocionis accensi cupientes diem extremi Iudicii pietatis operibus prevenire, ut divine retribucionis meritum consequi valeamus in futurum Reverendo in Christo patri domino Iohanni Archiepiscopo Leopoliensi eiusque Successoribus sive Ecclesie Metropolitane Leopoliensi villam Nostram Detatin cum Curia seu Area dudum deserta Cleczemie dicta in districtu Haliciensi sita seu consistenti, prout in suis metis et graniciis longe, late et circumferencialiter sunt distincte ab antiquo et limitate cum omni Iure, dominio et proprietate, universisque et singulis ipsarum utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, et presertim silva Iaworek[1]), mericis, rubetis, quercetis, nemoribus, gaiis, virgultis, mellificiis, venacionibus, aucupacionibus, stagnis, lacubus, paludibus, piscinis, piscaturis, aquis earumque decursibus, molendinis et ipsorum emolimentis, attinenciis, pertinenciis, coherenciis, appendiis et usibus universis de innata Nobis clemencia damus, approbamus (*sic*), incorporamus, adiungimus liberaliter et donamus perpetuis temporibus duraturum per ipsum dominum Iohannem Archiepiscopum et Successores suos ac ipsam Ecclesiam Leopoliensem habendas, tenendas, utifruendas, regendas et possidendas temporibus perpetuis pacifice et quiete, Iuribus Nostris Regalibus semper salvis videlicet Exaccionis fumalis in Terra Russie dari consuetis. Harum quibus Sigillum Nostrum appensum est testimonio literarum. Actum Cracovie feria sexta proxima post diem Cinerum (*10 Marca*) Anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo quarto. Presentibus Reverendis in Christo patribus dominis Alberto Sancte Gneznensis Ecclesie Archiepiscopo, Sbigneo Cracoviensi, Iohanne Wladislawiensi, Ianussio Premisliensi et Iohanne Chelmensi Episcopis Magnificisque et Nobilibus Cristino de Ostrow Castellano, Iohanne de Tarnow Palatino Cracoviensibus, Sandiwogio de Ostrorog Posnaniensi, Nicolao de Michalow Sandomiriensi Palatinis multisque aliis fidedignis. Datum autem per manus Venerabilium Iohannis Decani Cracoviensis Regni Polonie Cancellarii et Stanislai Czolek Cantoris Cracoviensis Regni Polonie Vicecancellarii sincere dilectorum.

Ad relacionem predicti domini Iohannis Decani et Cancellary.

---

[1]) Wieś *Detatin* dziś Dytiatyn leży w powiecie Rohatyńskim, gdzie też uroczyska *Kleczemie* i *Jaworek* w topograficznej nomenklaturze gruntów odszukane być mogą. *A. P.*

Dokument oryginalny na pergaminie wielkiego formatu czytelnie pisany i dobrze zachowany w arch. arcyb. metrop. lwowsk. obrz. łac. nr. III) ze sznurem z kręconego jedwabiu koloru zielonego, od którego pieczęć oderwano.

Pod dokumentem nieco późniejszy napis:

Lectum per Albertum de Zichlin. Regni Polonie Vicecancellarium.

Na odwrotnéj stronie kilka późniejszych napisów podających treść dokumentu.

Dokument ten był intabulowanym na dniu 28 Stycznia 1784 r. in Libro Fundat. Tomo 16, pag 60, według zapisu na odwrotnéj stronie pergaminu.

## XLV.

### Władysław Jagiełło nadaje pustkowie Werbeża zwane żydowi Wołczkowi celnikowi lwowskiemu w celu osiedlenia onegoż. 1425.

Wladislaus dei gracia Rex polonie, Lithwanieque princeps Suppremus et heres Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Quomodo cupientes quedam loca vasta et deserta Regni nostri ad statum reducere meliorem et Ipsa hominum presencia, ex quorum residencia Thezaurus noster augeretur collocare, de Industria igitur circumspeccione et providencia Wolczkonis Iudei nostri Theolonatoris (*sic*) Leopoliensis plurimum confidentes, Eidem vastitatem nostram Werbeza nuncupatam In flumine Sczirzecz Inter piscinam Lazarczice dictam usque ad flumen Dnyestr descendendo Et in illa parte fluminis eiusdem Sczirzecz usque ad Makrzek lacum apellatum, In laneos quos ibi emansurare et quantum posset hominibus cuiuscumque status aut sexus condicionis et generis collocare et villam nowam erigere et facere in eisdem dedimus, donavimus et Inscripsimus, Necnon damus, donamus et Inscribimus tenore presencium mediante. Postquam autem Idem Wolczko Iudeus predictam vastitatem in villam et hominum frequenciam convertet, Cum omni Iure et proprietate necnon cum omnibus et singulis Censibus, fructibus, Redittibus et proventibus atque Agris, pratis, Campis, Silvis, nemoribus et Rubetis, piscinis, Molendinis, lacubus, Stangnis, fluminibus, Aquis et Ipsarum decursibus ad predicta quolibet ab antiquo spectantibus, prout eadem vastitas, sic ut prefertur, in suis metis et graniciebus longe, late et Circumferencialiter est distincta, Usque ad tempora vite sue Tenebit, habebit et pacifice possidebit, tam diu quam diu vitam duxerit in humanis. Consumato autem ultimo termino et die vite sue predicta villa Werbeza ad nos et successores nostros revertetur viceversa.

10*

Ut autem in eadem vastitate Werbeza villam eo cicius possit collocare et ad Ipsius residenciam homines convocare undecumque posset, Omnibus hominibus undecunque ad eam confluentibus talem libertatem concedimus de presenti, qualem Ipsis dictus Wolczko Iudeus deputabit, Nichilominus tamen exspirata libertate, si diucius predictus Wolczko supervixerit, nobis talia servicia et labores facere tenebuntur, sicut et ceteri Terrarum nostrarum Indigene Ruthenicalium. Quocirca omnibus et singulis Terrarum nostrarum Russie predictarum Capitancis, Burgrabys, Woyewodis et ipsorum vicesgerentibus fidelibus dilectis nostris damus Regalibus in mandatis ne de cetero homines cuiuscunque status, condicionis et generis existant ad dictam vastitatem Werbeza undecunque residenciam personalem facere transeuntes presumant impedire quovis modo, nec arestare quovismodo, Sed ipsos liberos sine quovis impedimento, detencione et aresto transire permittatur et permitti faciatur, gracie nostre sub optentu *(sic)*. Harum quibus Sigillum nostrum presentibus est appensum Testimonio literarum. Actum in Medica[1]) Sabbatho proximo post omnium sanctorum (*3 Listopada*) Anno domini Millesimo quadringentesimo vicesimo quinto.[2])

Relacio venerabilis Stanislai Czolek Custodis Gneznensis, Cantoris Cracoviensis etc. Ecclesiarum, Vicecancellary Regni Polonie.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. 11. nr. 6.) Na sznurkach jedwabnych koloru zielonego i czerwonego zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta uszkodzona pieczęć królewska większa. (Zob. Działyński Statut litewski tab. IV, nr. 2.) Na odwrotnéj stronie pergaminu napis współczesny:

Privilegium Wolczconis super willam Wyrzbyancz 1425.

Dokument ten drukował z dość ważnemi myłkami Al. hr. Stadnicki Bibl. Ossol. III, str. 70 i 71.

## XLVI.

### Władysław Jagiełło darowuje żydowi Wolczkowi, celnikowi lwowskiemu, część wsi Werbiż, ustanawia w niéj wójtostwo i przenosi ją na prawo niemieckie.
### 1427.

**In nomine domini Amen.** Ad perpetuam rei memoriam. Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie Necnon Terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cu-

[1]) Medyka wieś w powiecie Przemyślańskim.

[2]) Do téj saméj wsi Werbiż odnoszą się z poprzednich dokumenta z r. 1407 nr. XXXV i z r. 1423 nr. XLII.

yavie Litwanieque Princeps Suppremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Et si liberalitatis nostre dexteram in domesticos fidei, quos continuus labor exagitat, libenter extendimus, decet nichilominus celsitudinem Regiam hos, quos perfide cecitatis error detinet, dono gracie sue conformare (*sic*), ut liberalitatis dona Sibi impartiri congnoscentes (*sic*), eo facillius (*sic*) suis finem imponant erroribus, quo fecundius de micis, que cadunt de mensa liberalitatis Regie, refectos se cognoscant. Noscat igitur tam instans etas, quam posteritas futurorum, qualiter Considerato et attento, quod Wolczko, Iudeus de Leopoli, Theoloneator (*sic*) noster, sui moras incolatus in medio cristi fidelium faciens et in ritu suo execrabili se exercens, quantum in eo suarum virium sufficiebat facultas, Ad mandata nostre Maiestatis pronum reddidit, Et ut eo promcior redderetur Munificencie nostre dotibus velud (*sic*) quibusdam allectis a sue cecitatis errore revocari et reduci ad congnicionem (*sic*) sancte fidei katholice et eterni luminis claritatem valeat atque possit, Sibi Sculteciam in villa nostra Werbyarz[1]) in Terra Russie et in districtu Sczirecensi situata suisque heredibus et Successoribus legittimis duos Mansos liberos et obschari ac duo prata, eisdem duobus laneis vicina, Tabernam, Molendinum cum piscina, Ita ut de emolimento cuiuslibet grani pro nostra Maiestate et nostris Successoribus tercia Mensura qualibet divisionis sorte exigetur de eodem Molendino. Sed tercium denarium cuiuslibet rei Iudicate et sextum denarium Censuum proveniencium de villa predicta, Bancos Carnificum, Sutorum et panis pro ipsius utilitate locandum, construendum et erigendum damus, donamus, tribuimus, concedimus et largimur per dictum Wolczkonem, Heredes et Successores suos legittimos, habendum, tenendum, utifruendum, pacifice et quiete temporibus perpetuis possidendum Necnon vendendum, comutandum, alienandum, donandum et prout Sibi et Suis liberis heredibus et Successoribus melius et utilius videbitur expedire convertendum. Racione cuius Scultecie prefatus Wolczko Iudeus Nobis et Nostris Successoribus unum Equm (*sic*) valoris trium Sexagenarum, tociens quociens immineret expedicio exercitualis generaliter in Terra nostra Russie publicanda sive proclamanda, dare tenebitur pro huiusmodi expedicione generali. De Balistario vero ipsum reddimus et volumus fore absolutum. Ut autem villa nostra Wyerbyarz predicta condicione gaudeat meliori, ipsam de Iure Polonico, Ruthenico et quovis alio in Ius Theutunicum, quod Srzedense dicitur,

[1]) Do téj saméj wsi Werbiż dzisiaj zwanéj odnoszą się z poprzednich dokumenta z r. 1407 nr. XXXV, z r. 1423 nr. XLII, z r. 1425 nr. XLV.

transferimus perpetuo duraturum; Removentes ibidem omnia Iura Polonicalia, Modos et consuetudines universas, que ipsum Ius Theutunicum plerumque perturbare consueverunt. Eximimus insuper, absolvimus perpetuo et liberamus Kmethones et omnes Incolas predicte ville Katholicos dumtaxat ab omni Iurisdiccione et potestate omnium Regni nostri Pallatinorum, Castellanorum, Capitaneorum, Iudicum, Subiudicum Ceterorumque Officialium et Ministerialium eorundem, ut Coram Ipsis vel ipsorum aliquo pro Causis tam magnis quam parvis puta furti, Incendy, Homicidy et membrorum mutilacionis seu quibusvis enormibus excessibus Citati minime respondebunt nec aliquas penas solvere tenebuntur, sed Kmethones et Incole ville predicte coram Sculteto suo, qui pro tempore fuerit, Scultetus vero Coram nobis aut Successoribus nostris legittimis vel Iudice nostro generali, dum tamen per literam nostram, Sigillo nostro sigillatam, evocatus fuerit et citatus, et hoc si in reddenda Iusticia fuerit negligens et remissus, tunc non aliter quam Iure suo Srzedensi predicto de se querulantibus respondere sit astrictus. In Causis autem Criminalibus et Capitalibus superius expressatis Iudicandi, Sentenciandi, plectendi, condempnandi et puniendi Sculteto pro tempore existenti plenam damus et omnimodam concedimus tenore presencium facultatem, prout hoc ipsum Ius Theutunicum In omnibus suis punctis, articulis, Sentencys, condicionibus et Clausulis postulat et requirit, Nostris tamen Iuribus Regalibus in omnibus semper salvis, Harum quibus Sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Actum in Halicz feria tercia Ipso die sancti Iohannis baptiste *(24 Czerwca)* Anno domini Millesimo Quadringentesimo Vigesimo septimo. Presentibus Reverendo Patre Domino Iohanne Archiepiscopo Leopoliensi, necnon Strenuis Floriano de Corithnicza Wisliciensi, Wincencio de Schamotuli Myedzirzecensi, Domarathio Byecensi Castellanis, Scheliga Siradiensi, Andrea Donyn Brestensi Subcamerarys, et alys testibus ad premissa. Datum per Manus Venerabilium Iohannis Scheffranyecz (*sic*) Decani Cracoviensis, Cancellary et Stanislai Czolek Custodis Gneznensis vicecancellary Regni Polonie, nobis sincere Dilectorum.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. XI, nr. 5). Na sznurach jedwabnych koloru białego, amarantowego i czarnego zawieszona, na wosku czerwonym wyciśnięta, pieczęć królewska większa, taka sama jak u Stronczyńskiego Wzory pism dawnych tabl. 47. Na zagiętce po lewéj stronie współczesną ręką napisano:

Privilegium perpetuum super Sculteciam in Wyrzbansz.

Dokument ten według tego samego oryginału, lecz z wielu myłkami, był drukowany w Bibl. Ossol. III, str. 72—74, nr. IX.

# XLVII.

## Jan Kola dziedzic na Dalejowie funduje i uposaża kościół parafialny w Dalejowie a Jan arcybiskup lwowski potwierdza powyższą fundacyę. 1427.

**In nomine domini Amen.** Ad perpetuam rei memoriam. Nos Iohannes dei gracia Achiepiscopus sancte Leopoliensis Metropolitane Ecclesie Significamus presentibus quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Quomodo Strenuus Miles dominus Iohannes dictus Kola Heres in Daleyow[1]) pya ductus devocione thezauros volens thezaurizare in celis, ubi nec erugo nec thynea eosdem demollit et fures non effodiunt nec furantur, ob salutem animarum sue et consorcium ipsius ac progenitorum et successorum suorum legittimorum, Ecclesiam parrochialem in prefata villa sua Daleyow ad honorem omnipotentis dei et beate Marie virginis gloriose necnon sub tytulo beatorum Georgy martiris et Adalberti Pontificis ac martiris gloriosorum, de nostro consensu et speciali licencia erexit de novo et fundavit domino sibi suffragante. Quamquidem Ecclesiam dotavit perpetualiter modo infrascripto. Primo prefate Ecclesie parrochiali in Daleyow et Rectoribus ipsius pro tempore existentibus Inscripsit, donavit et assignavit duos Mansos liberos et prata in eisdem laneis cedencia. Sin autem in laneis Ecclesie predictis prata plebano non cederentur, extunc predictus dominus Iohannes pratum ipsi Ecclesie et ipsius plebano obligavit se daturum bona fide in certo loco dicte hereditatis Daleyow improtracte. Insuper dedit, contulit et inscripsit tres piscinas, duas piscinas superiores circa antiquam curiam sytas, et terciam a latere piscine antique statuere et locare se promisit prefatus dominus Iohannes proprys sumptibus et impensis sine aliqua dilacione et in spacio terre quod . . . .[2]) piscinas superiores memoratas circa Ecclesiam predictam et in antiqua emissione piscine vulgariter na starem Spusczhe syto confert licenciam Rectori dicte Ecclesie piscinulam in vulgari sadzawka dictam situandi. Eciam dedit, contulit et assignavit decimas post araturas curie Daleyoviensis provenientes grani cuiuslibet manipulares, campestres et eciam decimas post araturas curie vel curiarum in prefata villa Daleyow et graniciebus ipsius futuris temporibus per se

[1]) *Daleyow* dziś Delejów w powiecie Stanisławowskim. *A. P.*
[2]) Jeden wyraz nieczytelny.

vel successores suos legittimos erigende vel erigendarum. Item unum poledrum masculum vulgariter zerzebcza anualem vulgariter lyatosszka decimum in numero a primogenito poledro incipiendo usque ad decimum computando, de equirea sua singulis annis futuris interim quod durabit equirea prenotata et ipse dominus Iohannes vita fruetur et equiream predictam possidebit. Item antequam predicta villa Daleyow locabitur in Ius thewtunicum et agri non mensurabuntur in laneos quilibet hospes katholicus ville predicte per unum grossum Polonicalem, et Inquilinus per medium grossum ad singula quartuortempora dare tenebuntur Rectori Ecclesie predicte pro tempore existenti. Sed postquam agri ville predicte mensurabuntur in laneos, tunc quilibet Incolarum de suo laneo dare tenebitur per unum truncum Siliginis et per unum truncum avene, et de medio laneo medium predictorum et de quartali lanei quartam partem trunci . . . . . . .[1]) annonarum ad singulos annos futuros circa festum beati Martini Pontificis gloriosi. Item dedit, contulit et assignavit, quod Rector Ecclesie predicte in Daleyow habere debebit liberam facultatem molendi fruges cuiuslibet grani pro necessitate mense et familie sue sine mensure recepcione in molendinis hereditatis predicte Daleyow, et arbores, robora, trabes pro edificys ac ligna pro cremacione in mericis et silvis eiusdem hereditatis in locis, in quibus ipse dominus Iohannes heres vel sui successores excidet vel excident, secure pro sua necessitate excidendi. Preterea incole prefate ville Daleyow et eorum subsides solvere debebunt mensales et clericales Rectori et clerico Ecclesie parrochialis predicte secundum consuetudinem aliarum villarum in Ius theutunicum in Terra Russie locatarum. Quamquidem Ecclesie parrochialis predicte in Daleyow ereccionem, fundacionem et dotacionem in dei nomine Ratificavimus, approbavimus Nos Iohannes dei gracia Achiepiscopus Leopoliensis predictus presentibusque Ratificamus, approbamus et volumus obtinere perpetue firmitatis robur. Harum nostrarum quibus nostri et prefati domini Iohannis Kola Sigillorum appensione iussimus communiri. Actum et datum in curia vi(*lle nost*)re Kankolniki feria quarta ipso die visitacionis beate Marie virginis gloriose (*2 Lipca*) A(*nno domini*) Millesimo C. C. C. C. vigesimo septimo, presentibus ibidem Honarabili, Discretis et Nobilibus viris dominis Iacobo de Wis . . .[2]) Prebendario Capelle beate Katherine virginis . . . . . . .[3]) in Castro minori Leopoliensi sitte, Nicolao Petri de Grodek curie nostre Capellano, Falislao Ecclesie parrochialis

---

[1]) Jeden wyraz nieczytelny.
[2]) Kilka liter nieczytelnych.
[3]) Jeden wyraz nieczytelny.

in Kankolniki vicario, Nicolao Sc . . . . .[1]) in Bolschow, Stanislao in Poshochow, Iohanne in Kalyna heredibus laycis nostre Leopoliensis et Cracoviensis dyocesis testibus ad premissa. Scriptum vero manu honorabilis Alberti de Padwa Cancellarie nostre prothonotary publici Apostolica et Imperiali Auctoritatibus Notary. Item poleder predictus si placebit plebano in equirea eadem . . . . . .[2]) de ambulacione debebit per spacium trium annorum et super quarto anno ipsum deducet.

Oryginał na pergaminie w arch. kons. metr. lwowsk. obrz. łac. Zawieszone były dwie pieczęcie, po których pozostały tylko sznurki jedwabne. Dokument w trzech miejscach uszkodzony.

## XLVIII.

### Władysław Jagiełło wyposaża kaplicę św. Katarzyny na niższym zamku lwowskim.
### 1427.

**In Nomine Domini Amen.** Ad futuram rei memoriam. Wladislaus Dei gracia Rex Polonie, litwanieque Princeps Suppremus et heres Russie etc. Tunc divine retribucionis et temporalis prosperitatis votivum incrementum prosequi infallibiliter credimus, Cum personis Ecclesiasticis, divino cultui vacantibus, de liberalitatis nostre promtuario dexteram impartimur. Noscat igitur tam instans etas, quam futurorum successura posteritas, quod ex nostris precordys cupientes, ut divine laudis munia ad honorem illius, cuius res agitur eiusque gloriosissime virginis matris marie necnon ob remedium et salutem animarum predecessorum, nostram et heredum ac successorum nostrorum in Capella sancte Katherine in inferiori Castro leopieliensi per Rectores eiusdem Capelle presentes et futuros eo attencius sine intromissione pagantur et prosequantur quo liberalius eorundem Rectorum necessitatibus de Munificencia nostre Maiestatis fuerit provisum et consultum. Ideo animo deliberato et sufficienti primo ac de nostra sciencia speciali Eidem Capelle sancte Katherine suisque Rectoribus presentibus et futuris Decimas Manipulares cuiuslibet grani et Segetum post Araturas Allodiorum et Curiarum nostrarum in Miclaschow, Nowesyolo alias Nouidwor et Chrzinilowo, In districtu leopoliensi consistentibus, provenientes damus, annectamus et incorporamus per Rectores Capelle predicte presentes et futuros decimandas,

[1]) Kilka liter nieczytelnych.
[2]) Kilka liter nieczytelnych.

tollendas, exigendas pro beneplacito voluntatis ducendas, locandas et in usus ipsorum convertendas. Ita tamen ut si in aliqua villarum predictarum, ad quam alique Curia sive Allodium ex predictis spectat et pertinet per Nos aut Successores nostros Ecclesia parrochialis successu temporis erecta et fundata fuerit, Extunc decima eiusdem Curie in cuius villa, sicud *(sic)* premittitur, Ecclesia parrochialis erigetur ad plebanum eiusdem ville contradiccione cessante debebit redigi et reduci Harum vigore litterarum, quibus Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in przemisl feria tercia ipso die Mariemagdalene *(22 Lipca)* Anno domini Millesimi Quadringentesimo vigesimo septimo.[1])

Relacio Reverendi Domini Iohannis dei gracia Archiepiscopi Leopoliensis.

Oryginał pergaminowy jest własnością Dr. Stanisława Zborowskiego, docenta prawa polskiego przy uniwersytecie lwowskim. Na odwrotnéj stronie pergaminu napis współczesny:

Super decimas ad sanctam Katherinam per Vladislaum dotacio

1427.

Pięczęć wraz z sznurem, na którym wisiała oderwana.

## XLIX.

### Jan Mężyk z Dąbrowy, starosta ruski, poświadcza, że Żyd Wołczko, celnik lwowski, odstąpił za czterdzieści grzywien Hanuszowi Link wójtostwo we wsi zwanéj Karcz. 1427.

Nos Iohannes Manzik de Dambrowa Suppremus pincerna domini Regis et Capitaneus Russie generalis, Necnon Iohannes Zubrzsky, Lybco Soczsky, Stanislaus Czelyaticzsky et Benassius Gorsky Notum facimus presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Quomodo Iudeus Wolczco Theloneator leopoliensis Provido Hannus Alias link, Qui de Scyrzecz Sculteciam in villa dicta Karcz[2]) pro quadraginta Marcis Monete et numeri polonicalium, quadraginta octo grossos in quamlibet Marcam computando, perpetualiter vendidit et coram nobis feria secunda proxima post festum ad vincula Petri *(4 Sierpnia)* in Castro leopoliensi superiori resignavit de Anno do-

[1]) *Miclaschow* dziś Mikłaszów wieś powiatu Lwowskiego. *Chrzinilowo* (Chrzniłowo) zdaje się być wieś Skniłów tegoż powiatu. *Nowesyolo* alias *Nouidwor*, wieś tego nazwiska niewiadoma. *A. P.*

[2]) Wieś *Karcz* prawdopodobnie znachodziła się niegdyś w sąsiedztwie Werbiża nad potokiem Szczerzecz, stanowiąc całość z sołtystwem *Wyirzbansz*, Wierzbiąż. *A. P.*

mini Millesimo quadringentesimo vicesimo septimo Qum (*sic*) eo Iure et privilegio, cum quo solus ipsam tenuit et possedit. Et tenor privilegy de verbo ad verbum est talis.

Następuje dosłowny transsumpt dokumentu Władysława Jagiełły z r. 1427 umieszczonego w niniejszym zbiorze pod nr. XLVI.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. XI, nr. 5). Na pasku pergaminowym zawieszona gałka woskowa z odciskiem herbu Mężyków Wadwicz. Na odwrotnéj stronie pergaminu współczesny napis:

Privilegium Volczkonis super Sculteciam in Wyirzbansz. 1427.

## L.

**Władysław Jagiełło zapisuje wieś Zduszyce w dożywocie Piotrowi Dzikowi, dodając, że po śmierci Piotra sukcessorom jego wypłacone być mają grzywien 50, dopóki zaś wypłata ta nie nastąpi wieś ta w ich ręku ma pozostać.**
**1428.**

Wladislaus dei gracia Rex Polonie, Lithuanieque Princeps Suppremus et heres Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis. Quomodo inspectis fidelibus serviciis, quibus Maiestati Nostre Nobilis Petrus Dzyk placere meruit et aucto fidelitatis studio poterit complacere prestancius in futurum. Horum intuitu volentes ipsum gracie Nostre favore prosequi speciali et ad obsequia Nostra continuo reddere prompciorem Sibi villam Nostram Zdzuszycze[1]) in districtu Grodeciensi sitam usque ad terminendum vite sue damus, donamus, inscribimus presentibus et largimur per ipsum habendam, tenendam, utifruendam cum omnibus fructibus, censibus, redditibus, utilitatibus, proventibus, pertinenciis et appendiis universis pacifice possidendam, post obitum vero predicti Petri Dzyk administramus (*sic*) eius legittimis successoribus super eadem villa Quinquaginta marcas monete et ponderis polonicalium, quadraginta VIII grossos in marcam quamlibet computando, qui possidebunt tamdiu donec eis prefate Quinquaginta marce per Nos vel successores Nostros fuerint plenarie persolute. Quibus exsolutis dicte ville possessio ad Nos vel successores Nostros cernet pleno iure et reddibit, Iuribus Nostris Regalibus in omnibus semper salvis. Harum quibus Sigillum Nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum in Nova-

[1]) Porównaj adnotacyą dołączoną do dokumentu nr. V, dotyczącego téj saméj wsi.

civitate alias Korczyn feria tercia proxima post dominicam que cantabatur Iudica me Domine (*23 Marca*) Anno domino milesimo (*sic*) quadringentesimo vicesimo octavo.

Dominus Rex
per Secretarium.

Dokument na ćwiartce pergaminowéj małego formatu w arch. arcyb. metrop. lwowsk. obrz. łac. (nr. IV) ze sznurami jedwabnymi kolorów czerwonego, białego i czarnego, pieczęci nie ma.

## LI.

### Władysław Jagiełło przenosi wszystkie majętności arcybiskupstwa lwowskiego na prawo niemieckie i zapewnia używanie prawa tego wszystkim posiadłościom, które to arcybiskupstwo na przyszłość nabędzie. 1430.

**In nomine Domini Amen.** A(*d mem*)oriam futurorum sempiternam. Cum ea, que ex largicione principum deo et sanctis eius conceduntur, necessario sibi indige*nt* re . . . . .[1]) scriptur(*arum* . . . . . .[2]) et testium adminiculo, ut sint gestarum rerum stabile et perpetuum firmamentum, Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie Necnon terrarum Crac(*ovie, S*)andomirie, Siradię, Lancicie, Cuyavie Litwanieque princeps Supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres Significamus tenore presencium quibus expedit uni(*versi*)s presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Quomodo volentes ut Ecclesia Metropolitana Leopoliensis tanquam nove fundacionis plantula in laude dei et decore suo extolli valeat et in Bonis suis utilitatum et proventuum tempore Nostri felicis regiminis utilia recipere incrementa et quod in ea Nostri iugis memoria habeatur zelo devocionis accensi, Et attenta Reverendi in Christo patris domini Iohannis dei gracia sancte Ecclesie Leopoliensis Metropolitane Archiepiscopi sincere Nobis dilecti exemplaris vite constancia et devocionis fervore prospecto, quibus se unacum Ministris Ecclesie sue sciencia, vita et exemplo populum scismaticum erudiendo exercere non desistit, ad instantes peticiones eiusdem domini Archiepiscopi Bona hereditaria et villas infrascriptas Ecclesie ipsius, quas in presenti dicta Ecclesia Metropolitana optinet (*sic*) et imposterum (*sic*) successu temporum felici a Nobis et ab aliis quibuscumqe personis quoquomodo

[1]) Brakuje kilku liter, może *residio*.
[2]) Brakuje jednego lub dwóch wyrazów.

optinebit (*sic*), acquiret et possidebit, videlicet Rzanssna, Porzecze, oppidum Dunayow, Raxyn, Potoczany cum areis inibi desertis in Leopoliensi, necnon Kankolniky, Zagorze, Iablonow, Chechonyow, Bibel et Dethatyn[1]) similiter cum ipsarum areis sive curiis desertatis inter villas ipsas sitis in Haliciensi Terris et Districtibus Russie situatas, prout in suis metis et limittibus longe, late et circumferencialiter sunt distincte abantiquo (*sic*) et limitate, de iure Polonico, Ruthenico et quovis alio in ius Thewtunicum, quod Maidburgense dicitur, transferimus perpetuo duraturum, removentes ibidem omnia iura Polonicalia, Ruthenicalia et quevis alia, modos et conswetudines universas, que ipsum ius Thewtunicum plerumque consueverunt et sunt solita perturbare. Eximimus insuper, absolvimus et perpetuo liberamus Advocatos, Scultetos necnon omnes et singulos Kmethones et quosvis dictarum villarum presenciam et futurarum incolas ab omni iurisdiccione et potestate omnium Regni Nostri et earundem terrarum Russie Palatinorum, Castellanorum, Capitaneorum et Iudicum, Subiudicum, Camerariorum et quorumvis Officialium et Ministerialium eorundem, ut coram ipsis aut eorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis puta furti, incendii, sangwinis, homicidii, membrorum muthilacionis et quibusvis enormibus excessibus citati minime respondebunt nec aliquas penas solvere teneantur; sed earundem villarum per ipsum dominum Archiepiscopum et Ministros ipsius Ecclesie in presenti possessarum et in posterum per eum Ecclesiam et Successores ipsius habitarum tantummodo Kmethones et quivis incole coram suis advocatis sive Scultetis pro tempore existentibus, Advocati vero aut Sculteti coram Iudicibus vel Officialibus ipsius domini Archiepiscopi aut coram Nobis et hoc si in reddenda iusticia negligentes fuerint et remissi, tunc non aliter quam suo Thewtonico Maidburgensi predicto de se querulantibus respondere sint astricti. In causis autem criminalibus et capitalibus memoratarum villarum presenciarum et futurarum Advocatis et Scultetis in metis et graniciis iudicandi, sentenciandi, puniendi, corrigendi, plectendi et condempnandi plenam damus et omnimodam tenore presencium concedimus facultatem, prout hoc ipsum dictum ius Thewtunicum in omnibus suis punctis, sentenciis, condicionibus, articulis et clausulis postulat et requirit. Harum quibus Sigillum Nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Actum Sandomirie feria quarta ante dominicam Reminiscere *(8 Marca)*

---

[1]) Wieś *Rzanssna* dziś Rzęsna pod Lwowem. *Porzecze*, jak się zdaje, pod Janowem, albowiem inna wieś Porzecze pod Lwowem była dopiero założona w r. 1500 przez Lwowianina Piotra Ludnera. Zob. *Zimorowicz viri illustr. Leopol. p. 6. Chechonyow* dziś Chochonica w powiecie Rohatyńskim. O innych wsiach tutaj wspomnianych była już wyżéj mowa. *A.P.*

Anno domini Millesimo Quadringentesimo tricesimo. Presentibus Reverendis in Christo patribus dominis Sbigneo Cracoviensis, Iohanne Wladislaviensis, Regni Polonie Cancellario, Ecclesiarum Episcopis, Magnificis Iohanne de Tharnow, Palatino Cracoviensi, Michaele de Czizow Sandomiriensi, Dobkone de Oleschnicza Woyniciensi, Iohanne de Ossolyn Radomiensi et Domarath de Kobiliani Biecensi Castellanis multisque aliis fidedignis. Datum per manus predicti domini Iohannis Episcopi et Cancellarii et Venerabilis Wladislai de Oporow sancti Floriani ante Cracoviam prepositi, Gneznensis, Cracoviensis, Poznaniensis Ecclesiarum Canonici, eiusdem Regni Polonie Vicecancellarii, sincere Nobis dilectorum.

Ad relacionem predicti Reverendi in Christo patris domini Iohannis Episcopi et Cancellarii.

Dokument oryginalny na pergaminie w arch. arcyb. metróp. lwow. obrz. łac. (Nr. Va), bardzo czytelnie pisany, lecz nieco uszkodzony, ze sznurem jedwabnym białym, czerwonym i czarnym, od którego pieczęć oderwano.

Pod dokumentem nieco późniejszy napis:

Lectum per Albertum de Zichlin, Regni Polonie Vicecancellarium, in Leopoli Anno domini Millesimo CCCC . . . . . . . *(reszta nieczytelna).*

Na odwrotnéj stronie pergaminu kilka napisów późniejszych podających treść dokumentu.

Dokument ten był intabulowany (in Libro Fundationum Tom. 140 pag. 363) na dniu 4 Lutego r. 1784; — drukował go według kopii z początku wieku XVII, znajdującéj się także w arch. arc. metr. lwow. obrz. łac., hr. Alexander Stadnicki między dodatkami (nr. XVII) do rozprawy swéj: Ziemia lwowska za rządów polskich w XIV i XV wieku. (Bibliot. Ossolińskich, tom III, Lwów, 1863, str. 86 — 88.)

## LII.

### Władysław Jagiełło darowuje Janowi arcybiskupowi lwowskiemu dom we Lwowie w rynku na stronie wschodniéj położony na wieczystą własność arcybiskupów lwowskich. 1431.

**In nomine domini Amen.** Acta presentis temporis defacili solent deperdere, Nisi scripture presidio et amminiculo testium roborata fuerint ad memoriam futurorum sempiternam. Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie Necnon Terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Litwanieque princeps Suppremus, Pomeranie Russieque dominus et heres. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Firmiter Nobis ad

salutis Nostre et eternevite (*sic*) gaudia credimus provenire, cum personis Spiritualibus profectibus et comodis intendimus, et eisdem favorem Nostrum Regium libenter impartimur. Sane ad Reverendum in Christo patrem dominum Iohannem, dei gracia sancte Metropolitane Ecclesie Leopoliensis Archiepiscopum, sincere Nobis dilectum, et ipsius Ecclesiam, specialis favoris habendo affectum, cuius statum et reverenciam propter laudabilium virtutum, vite exemplaris constanciam tempore Nostri felicis regiminis, uti obligamur, sublimare cupientes, ut nullis egestatis defectibus lacessitus, sed pocius Nostris suffultus munificencys, Altissimi clemenciam pro Nostra et Inclitorum filiorum Nostrorum carissimorum Wladislai et Kazimiri salute et Regni successu prospero meditacionis devocione assidua ipse dominus Archiepiscopus unacum suo Clero valeat exorare, speciali zelo devocionis accensi, cupientes diem extremi Iudicy pietatis operibus prevenire, Eidem domino Archiepiscopo et sue Metropolitane Ecclesie Leopoliensi predicte Domum sive lapideam in Circulo a parte Orientali, ibidem in Civitate Leopoliensi sitam[1]), que fuit alias Bartholdi Theoloneary (*sic*) Nostri, legittime ad Nos devolutam, quam eciam Illustris frater Noster dux Switirgal a Nobis tenuit et possedit, damus, inscribimus liberaliter et donamus donacione perpetua et irrevocabili, perpetuis temporibus et in ewum, per eundem dominum Archiepiscopum, Ecclesiam et successores ipsius predictam domum sive lapideam, prout se in longum, latum et altum extendit autiquitus cum omni Iure, dominio et proprietate, proventibusque et utilitatibus universis. Tenendam, habendam, utifruendam, regendam, gubernandam, et pacifice perpetuis temporibus possidendam, Necnon vendendam, commutandam, alienandam et pro libito voluntatis sue et successorum suorum libere convertendam, Tali condicione interiecta, quod si contingat ipsum dominum Archiepiscopum aut successores suos huiusmodi domum vendere, extunc omnes pecunias pro eadem receptas per eundem dominum Archiepiscopum et alios imposterum ad labores nowe domus, si eam in alio loco munire voluerint denuo vel comparari aliam paratam, totaliter converti debebunt et disponi. Quamquidem domum aut aliam loco istius in Civitate predicta per ipsum dominum Archiepiscopum, Ecclesiam et successores ipsius habitam vel habendam ad nullas soluciones Nostras sive Civiles aut Iurisdicciones aliquales volumus subiacere. Sed ipsam a talibus quibuslibet excipimus perpetue et libertamus. Harum quibus Sigillum Nostrum est appensum testimonio literarum. Actum Cracovie feria quinta post dominicam letare

---

[1]) O téj darowiźnie wspomina Zubrzycki kron. m. Lwowa pod r. 1431. *A. P.*

(*15 Marca*) Anno domini Millesimo Quadringentesimo tricesimo primo. Presentibus Reverendis in Christo patribus dominis Alberto Archiepiscopo Gneznensi et primate, Sbigneo Cracoviensis et Iohanne Wladislaviensis, Regni Polonie Cancellario, Ecclesiarum Episcopis, Magnificis et Strenuis Militibus Nicolao de Michalow Castellano, Iohanne de Tarnow palatino Cracoviensibus, Petro Schaffranyecz de Luczice Sandomiriensi et Iarando de Grabie Iuniwladislaviensi palatinis Multisque alys fidedignis. Datum per manus predicti Reverendi patris domini Iohannis Episcopi Wladislaviensis et Cancellarii et Venerabilis Wladislai de Oporow decretorum doctoris, lanciciensis et sancti floriani ante Cracoviam prepositi, Regni polonie vicecancellarii, sincere Nobis dilectorum.

Ad relacionem predicti domini Iohannis Episcopi Wladislaviensis, Cancellarii.

Oryginał na wielkim arkuszu cienkiego pergaminu w arch. arcyb. metr. lwowsk. obrz. łac. (Nr. VI) bardzo dobrze zachowany, starannie i czytelnie pisany, na sznurach jedwabnych koloru białego i różowego zawieszona woskowa wielka pieczęć majestatyczna Władysława Jagiełły dość dobrze zachowana. (Taka sama jak w Działyńskiego Statucie litewskim tabl. IV, nr. 1, ale bez Contrasigillum.) Poniżéj dokumentu napis nieco późniejszy:

lectum per albertum de Zichlin, Regni polonie Vicecancellarium, in Leopoli anno domini Millesimo CCCC. sexagesimo nono.

Na odwrotnéj stronie:

Privilegium super Domum que erat Bertholdi.

Dokument ten był ingrossowanym 10 Lutego 1844 r. w tabuli miasta Lwowa in Libro Instrumentorum Tomo 162 p. 173 nr. 100 według notaty na odwrotnéj stronie pergaminu.

## LIII.

### Jan z Oleśnicy marszałek wielki koronny z polecenia króla Władysława Jagiełły rozstrzyga spór między Wołczkiem celnikiem lwowskim a kmieciami Werbiża na korzyść Wołczka. 1431.

Nos Iohannes de Olesnicza Marschalcus regni polonie supremus Cum magnificis et Strennuis Dominis Iohanne Manszik de Dambrowa Capitaneo Leopoliensi, Spitkone myelstynski, Dauidowski Iudice terre Russie generali alysque presentibus terrigenis ruthenicatibus fidedignis. Significamus tenore presencium quibus expedit universis. Quomodo ex comissione et mandato Serenissimi principis Domini et Domini Wla-

dislai dei gracia regis polonie specialiter deputati ad premissa. Wolczko Iudeus Theoloneator (*sic*) leopoliensis literam p . . . . . . .[1]) regalem coram nobis in Iudicio presentavit contra Incolam et Kmethones Czurilo et f(*iliastru*)m eius germanum in Verberza . . . . .[2]) rantes, qui in eius bonis hereditarys a domino rege tempora . . . . . . . . .[3]) le sunt collocati et . . . . . .[4]) hereditaria exarentes possederunt. Visa igitur litera . . . .[5]) giata p . . . .[6]) Wolczkonis eandem percepimus ipsamque roboramus, ratificamus presentibusque confirmamus In omnibus suis punctis, clausulis et condicionibus in eodem privilegio descriptis robur habere perpetue firmitatis, decernimus autem et sentenciamus eidem Czurilo et filiastro eius germano de agris et bonis ibidem per ipsos occupatis cedere et surgere, Imponentesque ipsis perpetuum silencium in premissis Et Wolczkonem in possessionem eorundem bonorum intromittentes investimus presentibusque et introligamus. In cuius rei testimonium et robur sigillum nostrum presentibus est subappensum[7]). Actum et datum Leopolie (*sic*) feria Sexta infra octavas Corporis Christi *(1 Czerwca)* Anno Domini Millesimo quadrincentesimo (*sic*) Tricesimo primo. Presentibus quibus supra etc.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. XIII, nr. 5) znacznie w kilku miejscach uszkodzony. Na pasku pergaminowym zawieszona gałka woskowa z odciskiem herbu Oleśnickiego Dębno.

# LIV.

## Władysław Jagiełło potwierdza dokonaną przez arcybiskupa lwowskiego Jana zamianę wsi arcybiskupiéj Jawcze na wieś Potoczany należącą dotychczas Jakuszowi z Potoczan.

## 1431.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne error oblivionis gestis sub tempore versantibus pariat imposterum detrimenta, Alta regum et principum consilia decreverunt ea literarum apicibus et testium fidedignorum annotacione perhennari. Proinde Nos Wladislaus Dei gracia Rex polonie necnon Terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Lithuanie princeps suppremus, pomeranie

[1]) Kilka liter zniszczonych.
[2]) Kilka liter zniszczonych.
[3]) Kilkanaście liter zniszczonych.
[4]) Kilkanaście liter zniszczonych.
[5]) Kilka liter zniszczonych, prawdopodobnie *privile*giata.
[6]) Kilka liter zniszczonych.
[7]) O téj saméj wsi Werbiż i o żydzie Wolczku porównaj Nr. XXXV, XLII, XLV, XLVI i XLIX.

Russieque dominus et Heres Significamus tenore presencium quibus expedit universis. Quomodo veniens ad nostram presenciam Reverendus in Christo pater dominus Iohannes dei gracia Archiepiscopus Leopoliensis et Nobilis Iacussius de potoczany, non compulsi, nec coacti, de bona et matura Deliberacione prehabita, nostro consensu et voluntate ad id accedente, villas ipsorum, videlicet prefatus Dominus Iohannes Archiepiscopus Iaweze sue mense Archiepiscopalis et Nobilis Iacussius[1]) potoczany, in terra et districtu podolie sitas, prout diete ville in ipsarum metis et graniciebus longe, late et circumferencialiter limitate sunt et distincte, cum omnibus earum utilitatibus fructibus, Censibus, Redditibus, Agris, pratis, Campis, Silvis, nemoribus, Quercetis, Rubetis, Stangnis, Aquis et earum Decursibus, mutuo et invicem commutaverunt, commutacione perpetua et in evum. Quamquidem commutacionem ratam et gratam habentes, Approbamus, admittimus et ratificamns per presentes, Decernentes ipsam Robur perpetue firmitatis obtinere. Harum qnibus Sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Datum et Actum in Leopoli Dominico die infra Octavas Corporis Christi *(3 Czerwca)* Anno Domini Millesimo Quadringentesimo tricesimo primo.

Ad Relacionem Venerabilis Wladislai Decretorum Doctoris, prepositi lanciciensis, Regni Polonie vicecancellary.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. 25. nr. 7.) Pieczęć oderwana, pozostał tylko sznur jedwabny koloru amarantowego.

## LV.

**Władysław Jagiełło dodaje do dawniejszego zapisu pięćdziesięciu grzywien kapitule archikatedralnéj lwowskiéj na wsi Werbiż zrobionego nowy zapis stupięćdziesięciu grzywien przez kapitułę żydowi Wołczkowi na wykupno wsi rzeczonéj wyliczonych i zastawia jéj tę wieś aż do całkowitéj spłaty summy dwustu grzywien. 1432.**

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Litwanieque Princeps Suppremus et heres Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Quomodo meditantes dona exuberantis gracie, quibus ab Alto multipliciter prevenimur, cupientes eciam aliquid pro eisdem Creato-

[1]) Wieś *Jawcze* leży w powiecie Rohatyńskim, *Potoczany* zaś w Przemyślańskim. Imie *Jakusz*, Jakuszko napotyka się często w ruskich, Jaksza, Jaksa w serbskich, czeskich i polskich piśmiennych pamiętnikach. Zob. *M. Moroszkina Onomasticon Slavicum.* Petersburg 1867. *A. P.*

ri nostro, a quo bonacuncta *(sic)* procedunt, tempore nostri felicis regiminis pietatis et largitatis nostre munere impartire, zelo devocionis et favoris affectu speciali ad Ecclesiam Metropolitanam leopoliensem et ipsius ministros utputa decem Canonicos Nowe fundacionis et Collacionis nostre eorundem accensi Eisdem Canonicis, ut sedula eorum Oracionis meditacio apud Celsum dominum Nobis et Inclitis Natis nostris carissimis Wladislao et Kazimiro in premium et remedium nostrorum peccaminum proficere valeat Regnoque concedere successu temporum felicia incrementa, villam nostram Wirzbiansz, in terra Russie et districtu leopoliensi in Fluvio dicto Szczirzecz exutraque parcium eiusdem fluvy sitam, cum omni Iure, nichil pro nobis inibidem relinquendo, Omnibusque et singulis ipsius ville quomodolibet ad eam spectantibus utilitatibus, fructibus, Censibus, redditibus, proventibus, Curys, agris, pratis, campis, pascuis, Silvis, Mericis, gays, Rubetis, Mellificys, venacionibus, Aucupacionibus, Stangnis, Lacubus, paludibus, torrentibus, Rivis, Aquis earumque Decursibus, piscinis, piscaturis, Molendinis et ipsorum emolimentis, attinencys, pertinencys, coherencys, appendys et usibus universis, qui nunc sunt et imposterum per dictos Canonicos efficientur, damus, conferimus, inscribimus liberaliter et donamus, per dictos Canonicos predictam villam in certis pecuniarum Summis, videlicet Quinquaginta marcis per Nos eis propter deum donatis in eadem villa, Necnon Centum et Quinquaginta marcis Monete et Numeri polonicalium, Quadraginta et octo grossos in marcam quamlibet computando, Quibus eandem villam de manibus Wolczkonis Iudei de voluntate et consensu nostro speciali proprys pecunys liberarunt, Tenendam, habendam, utifruendam et pacifice possidendam, hoc adiecto specialiter et expresso, quod Nulli hominum consensum nostrum dabimus imposterum huiusmodi villam in dicta pecuniarum Summa de Manibus dictorum Canonicorum reddimendi, Nec ad eam reddimendam quempiam admittemus, Nisi Nobis pro Castro nostro eiusdem ville indigencia fieret aliqualis.Extunc solutis dictis Canonicis aut Ecclesie per Nos aut nostros Successores et Nullum alium ducentis marcis memoratis, Villa predicta ad Nos et nostros successores revertetur pleno Iure, Stacionibus nostris elapsa libertate inibidem reservatis. Harum quibus Sigillum nostrum appensum est testimonio literarum[1]). Datum Leopoli post diem Omnium Sanctorum feria quinta *(6 Listopada)* Anno domini Millesimo Quadringentesimo tricesimo secundo.

Ad relacionem venerabilis Wladislai de Oporow decretorum doctoris, decani Cracoviensis, Vicecancellary.

---

[1]) O téj saméj wsi Werbiż, któréj dokument ten dotyczy, i o żydzie Wołczku porównaj Nr. XXXV, XLII, XLV, XLVI, XLIX i LIII.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz łac. (Loc. XI. nr. 4.) Na pasku pergaminowym zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta, bardzo dobrze zachowana pieczęć królewska większa, taka sama jak u Stronczyńskiego, Wzory pism dawnych tabl. 47. Dokument ten był drukowany według tego samego oryginału, ale z dość licznemi mylkami w Bibl. Ossol. III, str. 74 i 75, nr. X.

# LVI.

## Władysław Jagiełło darowuje kapitule lwowskiéj corocznie cztery wozy soli z kopalni w Drohobyczu. 1432.

**In nomine Domini Amen.** Ad perpetuam rei memoriam. Wladislaus dei gracia Rex Polonie, Lithuanieque Princeps Supremus et Heres Russie etc. Significamus tenore presencium, quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Firmiter Nobis ad Salutis Nostre et eterne vite gaudia credimus provenire cum personis Ecclesiasticis, die noctuque in oracionibus excubantibus, pietatis et largitatis Nostre dexteram porrigimus et eis favorem Regium libenter impartimur, sane considerantes inopiam et defectum decem Canonicorum Nove fundacionis Nostre Ecclesie Metropolitane Leopoliensis, ad quos et ipsam Ecclesiam specialis favoris gerentes affectum, zelo devocionis attenti, cupientes diem extremi Iudicy pietatis operibus prevenire, ipsis et Ecclesie predicte Leopoliensi, dum et quando pervenit Nobis inibidem felicis successus, novitas et relacio de hostium Nostrorum Thartarorum, Ruthenorum et Valachorum victoria et triumpho per exercitum Milicie et Baronie Regni Nostri cum ipsis ingressione campestri circa Castrum et Civitatem Braclaw in Terra Podolie voluntate Altissimi obtento, quatuor Currus Salis boum in Zuppis Nostris Drohobycensibus[1]) singulis annis deputavimus, damusque, inscribimus et donamus perpetuis temporibus et in evum, Mandantes omnibus Zupparys Drohobycensibus modernis et in posterum constitutis, quatenus dictis decem Canonicis Leopoliensibus de huiusmodi quatuor curribus Salis boum ad quelibet quatuor Tempora, per unum currum receptis, ab eis recognicionis Literis super eodem, quas in racionibus Nostris robur volumus obtinere firmitatis, assignando singulis annis perpetue debeatur ad Nostrarum Zupparum racionem respondere sub Censuris Ecclesiasticis, quas eis ipso facto concedimus si fuerint negligentes premissa expedire. Harum quibus Sigil-

---

[1]) Drohobycz miasto powiatowe w Galicyi.

lum Nostrum appensum est testimondo literarum. Actum Leopoli die Concepcionis Sancte Marie *(8 Grudnia)* Anno domini Millesimo Quadringentesimo Trigesimo secundo. Presentibus ibidem Reverendo Patre domino Iohanne Archiepiscopo Leopoliensi, Magnificis et Strenuis Iohanne de Olesnicza Marschalco Regni Polonie, Alberto Molski Lanciciensi, Domarath de Kobylany Biecensi Castellanis, Stanislao Bielawski Lanciciensi et Stanislao Sozkowski Brestensi Succamerarys et alys fide dignis. Datum per manus *(Venerabilium domin)*orum Iohannis Episcopi Vladislaviensis Cancellary et Wladislai de Opporow Decani Cracoviensis, Vicecancellary, sincere dilectorum.

Dokument ten był potwierdzony w r. 1506 przez króla Alexandra. Potwierdzenie brzmi jak następuje:

**In nomine domini Amen.** Ad perpetuam rei memoriam. Edax vetustas cunctorum actus gestorum oblivione absumeret, nisi scripturarum munimine essent perhennati. Proinde Nos Alexander dei gracia Rex Polonie, Magnus Dux Lithuanie, Necnon Terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Kuyavie, Russie, Prussie, Culmensis et Elbingensis et Pomeranie Dominus et Heres etc. Significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Quomodo Venerabilis Iohannes Krowicki, Decanus Leopoliensis, Notarius Noster devote dilectus, coram Nobis personaliter constitutus, exhibito certo infrascripto privilegio, ex causa vetustatis, petyt illud per Nos approbari, ratificari et confirmari, cuius tenor est talis:

Następuje powyżéj umieszczony dokument z r. 1432. Potém brzmi potwierdzenie króla Alexandra daléj:

Itaque Nos eiusdem Iohannis Decani peticionibus annuentes, preinsertum privilegium contenta per eum duximus confirmandum, approbandum et ratificandum, ratificamusque, approbamus et confirmamus tenore presencium mediante. Verum quia hactenus dubia fiebant pro quatuor Curribus Salis boum in privilegio descriptis, pro quibus Zuppary Nostri curriculos non Currus dare nitebantur, Idcirco Nos ipsa dubia elucidare cupientes, declaramus Currum et non Curriculum quatuor bobus vehibilem pro quolibet Quartali Anni ipsis Prelatis et Canonicis dandum. Decernentes preinsertum privilegium in omnibus Punctis, clausulis, condicionibus et articulis ac Nostram declaracionem presentem obtinere robur perpetue firmitatis. In cuius rei testimonium Sigillum Nostrum presentibus est appensum Actum in Convencione Generali Lublinensi Feria quinta proxima ante festum sancti Petri in Cathedra *(19 Lutego)*

Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexto, Regni vero Nostri Quinto. Presentibus Reverendissimis et Reverendis in Christo Patribus Dominis Andrea Gneznensis et Primate, Bernardino Leopoliensis Ecclesiarum Archiepiscopis, Ioanne Cracoviensi, Vincencencio Wladislaviensi, Iohanne Poznaniensi, Erasmo Plocensi, Mathia Premisliensi et Vicecancellario Regni Nostri Episcopis, Nicolao de Kostczelec Electo Chelmensi Ecclesiarum, Necnon Magnificis, Venerabilibus et Generosis Spytkone de Iaroslaw Castellano Cracoviensi, Iohanne Iclite de Tarnow Cracoviensi, Andrea de Samotuly Posnaniensi, Nicolao Gardzina de Ludbrancz Calisiensi, Iaroslao de Lasko Lanciciensi, Iohanne de Tarnow Russie, Prandotha de Trzana Ravensi, Stanislao Kmitha de Wisnicze Belzensi, Paulo Cola de Daleyow Podolie Palatinis, Iohanne Slupecki Sandecensi, Petro Safraniecz de Pieskowa Skala . . . . . . . . . [1]) Leopoliensi, Mathia Bal de Nowotaniecz Sanocensi, Iacobo de Syekluka Woynicensi, Iohanne Iordan de Zakliczyn Bieczensi Castellanis, Stanislao de Chodecz Marschalco, Iohanne de Lasko Cancellario, Iacobo de Schydlowiecz Thesaurario Regni Nostri, Stanislao Iaroczki Curie Nostre Marschalco, Alberto . . . . . . . . [2]) Scholastico Wladislaviensi, Iohann Latalski Preposito Gneznensi, Secretarys Nostris, Nicolao Firley de Dambrowicza Vexillifero Cracoviensi et Capitaneo Lublinensi, Petro Wilczek de Pelna Leopoliensi, Iohanne Chynek de Uniemie (*sic*) Lanciciensi, Stanislao Saffraniecz de Pieskowa Skala Curie Nostre Succamerarys, Testibus fide dignis ad premissa, sincere, devote fidelibus Nostris dilectis. Datum per manus eiusdem Venerabilis Iohannis de Lasko Regni Nostri Cancellary, Nobis dilecti.

Iohannes de Lasko qui supra Cancellarius manu propria.

Dokument powyższy Władysława Jagiełły wraz z potwierdzeniem króla Alexandra był powtórnie potwierdzony przez króla Michała w r. 1671. Potwierdzenie to brzmi:

Michael Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Kyoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeque. Significamus presentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis. Reproductas fuisse Nobis per Venerabilem Martinum Rzechowski, Canonicum Leopoliensem, Prepositum Rohatynensem, nomine totius Venerabilis Capituli Leopoliensis, Literas pergameneas, veteri charactere exaratas, manu olim Reve-

[1]) W potwierdzeniu króla Michała z r. 1671, według którego dokument ten wydrukowano, tutaj próżne miejsce; zdaje się, że oryginał w tém miejscu był uszkodzony, pisarz potwierdzenia zatém nie mogąc odczytać słów tutaj umieszczonych zostawił próżne miejsce.

[2]) Próżne miejsce w potwierdzeniu, zobacz adnotacyą poprzednią.

rendi Domini Ioannis de Lasko, Supremi Regni Cancellary, propria subscriptas, Sigilloque Cereo in cera rubra expresso pensili communitas, sanas, salvas et illaesas omnique suspicionis nota carentes, continentes in se Donationem quatuor Curruum Salis Drohobycensis Venerabili Capitulo Leopoliensi quotannis evehendorum. Supplicatumque est Nobis nomine praedicti Venerabilis Capituli, ut easdem Literas authoritate Nostra Regia approbare et confirmare dignaremur, quarum quidem Literarum Tenor, prout Sequitur, est eiusmodi.

Następuje potwierdzenie króla Alexandra wraz z przywilejem Władysława Jagiełły. Potém potwierdzenie króla Michała w następnych słowach:

Nos Michael Rex praefatae Supplicationi benigne annuentes, easdem Literas in omnibus Punctis, conditionibus, nexibus et ligamentis Authoritate Nostra Regia approbandas et confirmandas esse duximus, uti quidem in quantum Iuris est, approbamus, confirmamus et ratificamus praesentibus Literis Nostris, Decernentes easdem vim et robur perpetuae firmitatis obtinere debere. In cuius rei fidem praesentes manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri mandavimus. Datum Leopoli die XV. Mensis Octobris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo, Regni vero Nostri Anno Tertio.

Michael Rex. Stephanus Hankiewicz Regiae Maiestatis Secretarius m. p.

Powyższy dokument wraz z potwierdzeniami królów Alexandra i Michała wydrukowano według potwierdzenia króla Michała znajdującego się w oryginale na wielkim arkuszu pergaminowym w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. XXVII, nr. 7). pieczęć oderwana.

## LVII.

### Władysław Jagiełło nadaje wieś królewską Stawczany i Bartoldową karczmę arcybiskupstwu lwowskiemu. 1433.

**In Nomine Domini Amen.** Acta presentis temporis statim solent deperire, nisi scripture presidio et adminiculo testium roborata fuerint ad memoriam futurorum sempiternam. Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie necnon Terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Lythwanieque Princeps Supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus ex-

pedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris. Sane considerantes, cum Ecclesia Metropolitana Leopoliensis unacum suo Archipresule nondum sit debitis stipendiis opulenta, quam volentes, uti alias Regni Nostri Cathedrales, laude et honore altissimo, qui Nos et Nostros in hostibus Tartaris circa Braslaw miraculo pietatis sue concessit triumphare, tempore Nostri felicis regiminis in incrementum sancti nominis ipsius deducere et consolari largitatis Nostre elemosinis et pietate speciali, ut hic et in futuro iudicio dei Salvatoris Nostri clemenciam hisdem operibus pietatis valeamus prevenire et agendo in humanis unacum Inclitis filiis Nostris carissimis Wladislao et Kazmiro felicium successuum prosperitate et incolumitate gratulari, dicte Ecclesie metropolitane Leopoliensi et Archipresuli ipsius Villam Nostram Stawczani[1]) nuncupatam et cum hoc Thabernam desertam, que fuit alias Bartholdi[2]), in publica via Leopoliensi eundo in Grodek et infra fluvium Stawczanka usque ad Stawczani, in districtu Leopoliensi et Terris Russie sitis, cum omni iure, dominio et proprietate, silvisque, mericis, agris, pratis, rubetis, quercetis, fluviis, rivis, stagnis, lacubus, aquis et duabus piscinis, superiori videlicet et inferiori, in fluvio predicto Stawczanka sitis et que alias dicti Bartoldi extiterant, cum potestate earundem aggerem ad utramque Rippam (*sic*) dicti fluvii Stawczanka in altitudinem erigere aquasque causa maioris latitudinis ipsarum piscinarum pro libito suo ducere in ascensum aliisque piscinis, que ibidem sunt aut in futurum fieri possent, piscaturis, molendinis et ipsorum emolimentis, venacionibus, aucupacionibus, mellificiis, fructibus, proventibus, censibus et usibus universis, qui nunc sunt et imposterum quoquomodo adaugentur, nominibus quibuscumque censeantur et prout in suis metis longe, late et circumferencialiter antiquitus consistunt limitata et prout Nobis fidedignorum testimonio declaratum est puta Villam Stawczani incipiendo a paludine sive luto, quod dividit Obroschin a Stawczani usque ad Bonyaky et inde usque ad Utetnicze, et inde per Iezerne usque ad Torhoschowa mogila, inde penes krolewska gacz versus przesczep usque ad Sobinowska mogila cum silva Tarnowo unde usque ad silvam Iuryowecz et abinde supra kuderawa nywa eundo et supra silvam Lubowyecz usque ad Wolczkowa dolina et inde versus Rossochi, qua rectius ad publicam viam Leopoliensem, damus, inscribimus, conferimus, liberaliter largimur et donamus perpetuis temporibus et in ewum predictam villam Stawczani cum Bartholtowa karczma sic simul iuncta

[1]) Stawczany wieś w powiecie Grodeckim do r. k. arcybiskupstwa lwowskiego należąca.

[2]) *Bartoldowa karczma* dzisiaj Bartatów wieś w powiecie Grodeckim do r. k. arcybiskupstwa lwowskiego należąca. W tym samym powiecie leży także poniżéj wymieniona wieś Obroszyn.

per dictam Ecclesiam Leopoliensem et Archipresulem suum tenendam, habendam, utifruendam et pacifice ac quiete perpetualiter et in ewum possidendam, nichil penitus iuris aut dominii in eadem villa Stawczani et Bartholtowa karczma pro Nobis aut Nostris Successoribus preter solas venatorum Nostrorum nunc ibidem in Stawczani personas existentes reservando. Harum quibus Sigillum Nostrum appensum est testimonio literarum. Actum Sandomirie feria sexta proxima post Dominicam Reminiscere (*13 Marca*) Anno domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo tercio. Presentibus hiis Reverendo in Christo patre domino Sbigneo Episcopo Cracoviensi, Necnon Magnificis, Strenuis et Generosis Nicolao de Mychalow Castellano Cracoviensi, Spithkone de Tharnow Palatino Sandomiriensi, Dobkone de Oleschnycza Lublinensi, Iohanne de Thanczin Byecensi, Warsio de Ostrow Zawychostensi, Paschkone zlodzey Malogostensi Castellanis, multisque aliis Terrigenis et nobilibus fidedignis. Datum autem per manus Reverendi in Christo patris domini Iohannis Episcopi Wladislaviensis Cancellarii et Venerabilis Wladislai de Oporow Decretorum Doctoris, Sedis Apostolice prothonotarii, Decani Cracoviensis, Regni Polonie Vicecancellarii, sincere Nobis dilectorum.

Relacio predicti Wladislai de Oporow Decani Cracoviensis, Regni Polonie Vicecancellarii.

Dokument oryginalny na pergaminie w arch. arcyb. metrop. lwowsk. obrz. łac. (Nr. VII) bardzo czytelnie pisany i dobrze zachowany. Na sznurach czarnych i niebieskich zawieszona pieczęć w woreczku na drobne kawałki połamana.

Pod dokumentem podpis nieco późniejszy:

Lecte et admisse coram Serenissimo domino nostro Rege in leopoli dominica Reminiscere Anno sexagesimo nono per Albertum de Zichlin Regni Polonie Vicecancellarium.

Dokument ten był na dniu 4. Lutego 1784 r. intabulowanym in libro Fundationum tomo 14, p. 75; — drukował go, lecz według bardzo błędnéj kopii z wieku XVII, hr. Alex. Stadnicki: Ziemia lwowska etc. str. 64 — 66.

Dokument ten był potwierdzony w r. 1460 przez Kazimierza Jagiellończyka. Potwierdzenie to brzmi jak następuje:

**In nomine domini Amen.** Ad perpetuam rei memoriam. Ne error oblivionis gestis sub tempore versantibus imposterum pariat detrimenta, sagax humana condicio consuevit ea literarum apicibus et testium annotacione perhennare. Proinde Nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie Necnon Terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Necnon Culmensis, Elbingensis, Konigbergensis, Pomeranie, Russie, Prussieque dominus et heres Significamus tenore presencium quibus expedit universis tam presentibus quam futuris, Quod pro parte Reverendi in Christo patris domini

Gregory, Archiepiscopi leopoliensis, sincere Nobis dilecti, Nostre Maiestati oblata peticio continebat, quatenus privilegium suum infra scriptum de innata celsitudini nostre clemencia ratificare, innovare, approbare, gratificare et confirmare dignaremur. Cuius quidem privilegy tenor sequitur et est talis.

Następuje przywiléj Władysława Jagiełły z r. 1433 powyżéj wydrukowany. Potém potwierdzenie Kazimierza Jagiellończyka brzmi daléj:

Nos igitur peticionibus premissis tanquam iustis et racioni consonis benigniter annuentes, dicti Archiepiscopi privilegium suprascriptum in omnibus suis punctis, clausulis, articulis et condicionibus universis innowamus, laudamus, ratificamus, gratificamus, approbamus et presentis scripti patrocinio confirmamus, decernentes illud robur perpetue firmitatis obtinere. Harum quibus Sigillum Nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Actum Leopoli Sabbato ante dominicam Ramispalmarum proximo (*5 Kwietnia*) Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo. Presentibus Reverendo in Christo patre domino Nicolao Episcopo Camyenecensi, Stanislao de Ostrorog Calischiensi, derslao de Rythwyany Siradiensi, Andrea odrowansch de Sprowa Leopoliensi, hriczkone de Pomorzany podolie Palatinis, Petro de Schamothuli poznaniensi, Michaele Muzylo de Buczacz Camyenecensi Castellanis Et alys quampluribus ad premissa. Datum per manus venerabilis et Eggregy *(sic)* Iohannis Luthconis de Brzesze utriusque doctoris, Sedis apostolice prothonotary et eiusdem Sacri pallacy causarum auditoris, Archidiaconi Gneznensis, Regnique Polonie vicecancellary, sincere Nobis dilecti.

Relacio eiusdem venerabilis Iohannis de Brzesze Iuris utriusque doctoris, Archidiaconi Gneznensis, Regni Polonie vicecancellary.

Oryginał na pergaminie w arch. arcyb. metrop. lwowsk. obrz. łac. (Nr. XXII. i XXIII) w dwóch równobrzmiących, tą samą ręką pisanych egzemplarzach. Nr. XXII lepiéj zachowany, pieczęć oderwana, pozostały tylko sznury jedwabne koloru białego, amarantowego i czarnego. Na odwrotnéj stronie pergaminu napis współczesny:

Rex Kazimirus confirmat privilegium regis Wladislay super Stawczani et bartoltowa Carczma. 1460.

Według tego egzemplarza był dokument niniejszy intabulowanym 4 Lutego r. 1784 in Libro Fundat. XIV, pag 69.

Nr. XXIII z pismem wypłowiałém, pieczęć oderwana była zawieszona na sznurach jedwabnych koloru białego i brunatnego, które pozostały. Poniżéj dokumentu napis nieco późniejszy:

Lecta et admissa coram Serenissimo domino nostro Rege in Leopoli dominica Reminiscere Anno huius seculi Sexagesimo nono per Albertum de Zichlin, Regni Polonie Vicecancellarium.

Potwierdzenie to drukował hr. Al. Stadnicki: Ziemia lwowska etc. dodatek nr. VI, str. 64 i nast. według kopii z wieku XVII nie zawsze zgodnéj z oryginałem.

Dokument powyższy z r. 1433, jako i potwierdzenie z r. 1460, potwierdził powtórnie król Zygmunt I. w r. 1518. Potwierdzenie to brzmi jak następuje:

**In Nomine Domini Amen.** Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus dei gratia Rex Polonie, Magnus dux Lithuanie, necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Russie Prussieque, Culmensis, Elbingensis, Pomeranieque etc. dominus et heres Significamus tenore presentium universis et singulis presentibus et futuris, presentium literarum notitiam habituris. Quia constitutus coram Nobis Reverendissimus in Christo pater dominus Bernadinus (*sic*) Archiepiscopus Leopoliensis, sincere Nobis dilectus, exhibuit binas literas Serenissimorum predecessorum Nostrorum Wladislai et Casimiri, Polonie Regum, donationem quorundam bonorum ecclesie sue metropolitane Leopoliensi in se continentes, integras et in nullo penitus suspectas, supplicans, ut illas approbare et confirmare, ac propter earum vetustatem renovare, dignaremur. Quarum quidem literarum tenores sequuntur et sunt tales.

Następuje najprzód potwierdzenie z r. 1460 wraz z zawartym w niem przywilejem z r. 1433, potém po drugi raz sam przywilej z r. 1433. Potém brzmi potwierdzenie króla Zygmunta daléj:

Nos vero Sigismundus Rex prenominatus, annuentes supplicationibus prefati Reverendissimi in Christo patris domini Bernardini Archiepiscopi Leopoliensis, volentesque prospicere, ne in bonis ecclesie et mense sue illi vel successoribus eius Archiepiscopis propter nimiam preinsertarum literarum vetustatem aliqua in posterum eveniat difficultas vel dispendium, dignum censimus, easdem literas preinsertas et omnia et singula in illis contenta, renovare, approbare et confirmare, renovamusque, approbamus, confirmamus, decernentes illas robur perpetue fiirmitatis habituras per presentes. Quibus in testimonium et fidem premissorum sigillum Nostrum est appensum. Actnm et Datum Cracovie in convencione generali die sancte scholastice *(10 Lutego)* Anno domini Millesimo Quingentesimo decimo octavo, Regni Nostri anno duodecimo. Presentibus Reverendissimis et Reverendis in Christo patribus dominis Ioanne Gneznensi, Legato nato et Primate, Bernardino Leopoliensi Archiepiscopis, Ioanne Cracoviensi, Mathia Wladislaviensi, Erasmo Plocensi, Petro Premisliensi et Regni Nostri vicecancellario, Iacobo Camenecensi Episcopis, Necnon Magnificis, Venerabilibus et Generosis Spithcone de Iaroslaw Castellano Cracoviensi, Nicolao de Lubrancz Posnaniensi, Christoforo de Schidlowiecz Palatino et Capitaneo Cracoviensi ac Regni Nostri Cancellario, Nicolao de Dambrowicza Sandomiriensi, Ioanne Zaremba de Calinowa

Calissiensi, Iaroslao de Lasko Siradiensi, Ioanne Iaranth de Brudzow Lanciciensi, Ottha de Chodecz Russie, Martino de Camieniecz Podolie, Andrea de Thanczin Lublinensi, Nicolao de Pilcza Belzensi, Andrea de Nisczicze Plocensi, Andrea de Zeliazna Rawensi Palatinis, Nicolao de Schidlowyecz Sandomiriensi et Regni Nostri Thesaurario, Nicolao Iordan de Zakliczin Woinicensi et Scepusiensi, Osswianczimensi, Zathoriensi Capitaneo et Procuratore Generali Cracoviensi, Vincencio Swidwa de Schamotuli Gneznensi, Georgio Crupski de Orchow Leopoliensi, Iohanne Bochotnyczki de Oleschnicza Wisliciensi, Ioanne de Oporow Brzestensi, Adam de Drzewicza Radomiensi, Andrea Czurilo de Stoianicze Premisliensi, Clemente de Camieniecz Sanocensi, Stanislao Mieleczki Zawichostensi, Victorino de Sienno Malogostensi, Stanislao de Sprowa Szarnowiensi, Nicolao Missopad Czechoviensi Castellanis, Stanislao de Chodecz Marschalco Regni nostri et Capitaneo Leopoliensi, Ioanne Liathalski Gneznensis, Cracoviensis, et Lanciciensis ecclesiarum Preposito, Stanislao Goreczki Custode Plocensi ac Gneznensi et Poznaniensi, Andrea Crziczki Preposito sancti Michaelis plocensi, Scholastico Poznaniensi, Stanislao Tharlo Archidiacono Lublinensi et Canonicis Cracoviensibus, Stanislao Chroberski Vexillifero, Incisore et Pincerna, Silvestro Oszarowski succamerario et Zavichostensi, Nicolao Thomiczki Costensi Capitaneis et Magistro stabuli Curie Nostre, Ceterisque dignitarys, officialibus et Aulicis Nostris, testibus circa premissa fidedignis, sincere Nobis et fidelibus dilectis. Datum per manus prefati Reverendi in Christo patris, domini Petri, Episcopi Premisliensis et Regni Nostri Vice Cancellary, sincere Nobis dilecti.

Petrus Episcopus et Vicecancellarius subscripsit.

Relatio eiusdem Reverendi in Christo patris domini Petri Episcopi Premisliensis et Regni Polonie Vicecancellary.

Oryginał na wielkim arkuszu pergaminowym w arch. arc. metr. lwowsk. obrz. łac. (nr. XLI). Pieczęć wraz ze sznurami oderwana, dokument dobrze zachowany. Potwierdzenie to w całéj osnowie było intabulowane na dniu 4 Lutego 1784 r. in Libro Fund. Tomo XII, pag. 95; — drukował je według kopii późniejszéj Al. hr. Stadnicki jako dodatek do wyż pomienionéj rozprawy.

## LVIII.

### Władysław Jagiełło darowuje wieś królewską Werbiż w obwodzie lwowskim położoną kapitule metropolitalnéj lwowskiéj na wieczystą własność.

### 1433.

**In nomine domini Amen.** Ad perpetuam Rei memoriam. Cum inter humane nature comoda nichil dignius memoria habeatur, opportunum existit, ut actus ho-

minum literarum apicibus et annotacione testium perhennentur, Ne lapsu temporis evanescant. Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie, Necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Litwanieque Princeps Supremus, Pomeranie Russieque Dominus et Heres Significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris. Inter cetera largitatis nostre opera, quibus se Regia maiestas in liberalitatibus exercendis habilitat, potissimum trino omnipotenti deo conspicimus Nos prestare servicium, dum ad statum et profectum Spiritualium personarum nostris favoribus et gracys intendimus et eis favorem Regium libenter impartimur, ut nostris suffulti Munificencys eo attencius Creatoris nostri clemenciam pro nostra Inclitorumque filiorum nostrorum carissimorum Wladislai et Kazimiri salute et prospero successu Regni, presertim hac presenti Exercituum nostrorum cum Pruthenis Cruciferis incepta congressione et gwerra iustissima, valeant exorare. Sane cupientes fervore devocionis accensi Ecclesiam Metropolitanam Leopoliensem in Laude et Honore omnipotentis dei adaugere et pietatis nostre operibus subvenire, habentes specialis favoris affectum ad decem Canonicos per Nos inibi noviter fundatos, Pro eiusdem decem Canonicorum numero presenti et futuro Villam nostram Wirzbianz[1]) in Terra Russie et districtu Leopoliensi de prope Sczirzecz iacentem, iuxta limites in privilegio nostro Erreccionis ipsius ville alias Wolczconis Iudei, contentis et descriptis, cum fluvys utrorumque littorum videlicet Dnyestr et Sczyrzecz, Agris, pratis, campis, Silvis, Mericis, porcorum dacionibus sive decimacionibus faginule et glandinis ex eisdem Silvis et Mericis provenientibus, venacionibus omnium ferarum aucupacionibusque, piscinis, lacubus, obstaculis, piscaturis, Molendinis et ipsorum Emolimentis, Servitoribusque nostris illiberis ibidem morantibus, Necnon cum omni Iure, dominio nostro et proprietate, nichil pro Nobis et nostris Successoribus in ipsa villa Wirzbianz penitus reservantes, solum duobus grossis monete currentis dumtaxat exceptis de quolibet laneo in festo Sancti Martini persolvendis, Inscribimus, damus liberaliter et donamus donacione perpetua et irrevocabili perpetuis temporibus et in evum per prefatos Decem Canonicos modernos et futuros ipsam villam Virzbianz Tenendam, habendam, utifruendam et pacifice perpetuis temporibus, Una cum Theoloneo (*sic*) et pontagio, que pro ipsis Canonicis annectimus et appropriamus, eviterne possidendam. Ut dicta villa omnimoda libertate omnium utilitatum et proventuum pociatur pacifica possessione, In illam partem fluminis Dnyestr

[1]) Do téj saméj posiadłości odnoszą się z poprzednich dokumentów Nr. XXXV, XLII, XLV, XLVI, XLIX, LIII, LV.

in longitudinem superius eiusdem fluvy incipiendo a villa nostra Uscze usque ad villam nostram Rozana, In latitudinem vero unius Miliaris in distancia omnes Silwas, Mericas et Mellificia cum pratis omnibusque et singulis utilitatibus et usibus universis, qui in eisdem Silvis, Mericis et vastitatibus sunt modo et successu felici temporum per eosdem Canonicos inantea quomodocunque adaugentur sive hominibus collocentur, addimus et dicte ville ascribimus et imperpetuum incorporamus possidenda. Ita tamen, si eedem vastitates per prius cuipiam non fuerint per Nos inscripte. Insuper liceat ipsis Canonicis piscinam et plures intra hereditatem dicte ville in ipsis fluvys erigere, facere et fundare, non obstante eo, si aliquibus villis nostris videlicet Honaticze[1]) vel alys ex inundacione aut sublevacione Aggeris dampnum et impedimentum fieret in postero aliquale. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum in Conyn in crastino sancte Margarethe (*14 Lipca*) tempore Expedicionis pruthenicalis, absentibus nobis ab eadem, Anno domini Millesimo Quadringentesimo tricesimo tercio, Presentibus Magnifico Petro Schaffranyecz Palatino Cracoviensi, Domarath de Cobilyani Castellano Biecensi, Petro de Medzwedz Dapifero Cracoviensi, Iohanne Crasska Tenutario Coninensi, Magistro Nicolao Oschcowsky Medico nostro et Nicolao Drzewiczsky Custode Sandomiriensi, Secretario nostro et alys fidedignis. Datum per Manus Reverendi in Christo patris Domini Iohannis Schaffranecz Episcopi Wladislaviensis, Cancellary Et Venerabilis Wladislai de Oporow decretorum doctoris, Decani Cracoviensis, Vicecancellary, sincere nobis dilectis.

Relacio eiusdem domini Iohannis Schaffranecz Episcopi Wladislaviensis et Cancellary, commissa per Abbatem sancte Crucis, predicatorem et confessorem Nicolaum.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz łac. (Loc. 10. nr. 1), pieczęć oderwana, pozostały po niéj sznury jedwabne koloru białego i czerwonego.

Na odwrotnéj stronie pergaminu napisano ręką wieku XVI:

23 Martii Revisum non subiacet executioni.

Dokument ten był poprzednio drukowany, ale z dość licznemi myłkami i z zupełnie zmodernizowaną pisownią, w dodatkach do rozprawy Al. hr. Stadnickiego: Ziemia lwowska i t. d. dodatek nr. 11. (Bibl. Ossol. tom III, str. 76 — 78.) Oblatowany Acta castr. Leop. tom 585. p. 1438 — 1441.

Dokument ten był potwierdzony w r. 1555 przez króla Zygmunta Augusta. Potwierdzenie brzmi jak następuje:

**Sigismundus Augustus** Dei gratia Rex Poloniae, magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae etc. dominus et haeres. Significamus tenore praesentium qui-

[1]) *Uszcze,* Uście; — *Rozana* Horożana wielka i mała w powiecie Rudki; — *Honaticze* Honiatycze w tymże powiecie do r. k. lwowskiéj kapituły należące.

bus expedit universis. Quia cum nomine Venerabilis Capituli Leopoliensis exhibitae essent coram nobis literae pergameneae sub titulo et sigillo appenso Serenissimi Wladislai Regis Poloniae praedecessoris nostri, integrae non corruptae nec aliquam notam vicii in se habentes servientesque eidem Venerabili Capitulo Leopoliensi supplicatumque fuisset nobis, ut eas ipsas literas et omnia in illis contenta authoritate nostra approbare, confirmare et ratificare dignaremur. Quarum literarum tenor de verbo ad verbum is sequitur.

Następuje dokument z r. 1433 powyżéj umieszczony. Potém brzmi potwierdzenie daléj:

Nos itaque Sigismundus Augustus Rex praenominatus supplicationi ipsi benigne annuentes literas praescriptas et omnia in illis contenta authoritate nostra approbandum, confirmandum et ratificandum duximus approbamusque confirmamus et ratificamus presentibus literis nostris, decernentes eiusmodi literas prescriptas et omnia earum contenta robur debitae et perpetuae firmitatis obtinere. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum Piotrcouiae in Conventione generali Regni vigesima septima Maii Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, Regni nostri vigesimo sexto.

Ioannes Ocieski R. P. Cancellar. sscr.

Relacio Magnifici Ioannis de Ocieschino Regni Poloniae Cancellarii, Succamerarii et Capitanei generalis Cracóviensis, Sandecensis, Olstinensisque Capitanei.

Oryginał potwierdzenia tego na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. VIII bez sygnatury). Na sznurze z jedwabiu kręconego koloru żółtego, amarantowego, niebieskiego i pomarańczowego zawieszona pieczęć królewska (uszkodzona) większa, różniąca się od téj, która odbita jest u Działyńskiego Stat. litew. (tab. X w środku), przez to, że zamiast tarczy pierwszéj od góry po prawéj stronie jest tutaj tarcza z wężem herbem Sforzów książąt medyolańskich, daléj że napis w obwodzie nie jest pisany jak u Działyńskiego gockiemi, lecz łacińskiemi literami i nie w jednym lecz w dwóch wierszach.

Powyższy dokument jako i potwierdzenie Zygmunta Augusta był oblatowany w grodzie lwowskim Sabbat. post Dominicam Oculi *(9 Marca)* Anno Domini 1760. (Zobacz Acta Castr. Leopoli. tom. 585. p. 1437 — 1441.)

## LIX.

### Jan arcybiskup lwowski rozdziela przez Mikołaja Hechta kościołowi zapisaną summę pieniędzy na rozmaite cele. 1440.

Nos Iohannes Dei gracia Archiepiscopus Leopoliensis Universis et singulis presens publicum Instrumentnm Testamenti ac ordinacionis inspecturis, presentibus et

futuris. Significamus et volumus fore notum. Quod licet famosi Domini Consules Civitatis Leopoliensis quoddam Testamentum providi Niklosch Hecht mercatoris de moldawia per nonnula annorum curricula aput *(sic)* se retinuerunt de salute dicti Niclosch Hecht et suorum predecessorum sicut veri executores eiusdem Testamenti summopere volentes omnibus conatibus providere, Et quia iuxta voluntatem eorum Censum in quo Sacerdotem perpetuum constituerent habere non voluerunt, salubri eorum consilio inito, ipsum Testamentum eiusdem Nichlosch Hecht in summa Tricenta triginta cum septem marcarum et media, monete et numeri polonicalis, Quadraginta octo grossos polonicales quamlibet in marcam computando, nobis representaverunt, petentes saluti anime eiusdem Niclosch Hecht iuxta industriam nobis adeo concessam providere, Nos vero Iohannes memoratus Archiepiscopus Leopoliensis inprimis susceptis nonaginta quatuor marcis cum media a predictis dominis Consulibus Civitatis Leopoliensis, ipsas pro pactis eiusdem Nichlosch Hecht bone memorie obtulimus ad Structuram Ecclesie maioris sancte marie laboratoribus et structoribus assignantes et de facto exhibentes nullam penitus utilitatem pro nobis usurpantes, volentes insuper principium inchoatum debito et laudabili fine terminare, de Consensu prelatorum et Canonicorum Ecclesie nostre Leopoliensis tractatu super hoc habito sufficienti, animo deliberato, talem fecimus disposicionem et ordinacionem pro finali pecunia, quod una pars sive medietas pecunie residentis sit et debetur videlicet centum viginti marce cum una pro edificio structuraque eiusdem ecclesie maioris leopoliensis, que extunc extitit data et assignata ac in labores Ecclesie Leopoliensis predicte conversa integraliter et in toto. Aliaque pars eiusdem pecunie similiter videlicet Centum viginti marce cum una pro decem Canonicis Ecclesie Leopoliensis per Serenissimum principem dominum Wladislaum dei gracia Regem polonie etc. erectis et fundatis daretur et assignaretur ad Scolteciam in Wyrzbyansz villa eorum exemendam, que dicitur non modicas perpeti Iniurias occasione Scolteti ville memorate, que quidem pars earundem pecuniarum videlicet centum viginti cum una eisdem decem Canonicis de fundo [marce][1]) sunt assignate et assignate donate integraliter et in toto, pro quibus ipsa Scoltecia in villa Wirzbyasz communium decem Canonicorum est exempta et redempta. Cuius quidem racione donacionis per eosdem dominos Consules Civitatis Leopoliensis dicti decem Canonici nunc presentes et eorum Successores futuri debebunt et presentibus se inscripserunt, inscribunt et po-

[1]) Nawias znajduje się w oryginale.

licentur singulis Ebdomadis duas missas, unam videlicet feria secunda pro defunctis, aliam die in Sabbato de beata virgine circa altare sanctarum Marie Magdalene et Brigitte vidue penes Capellam Buczhaczsky in Ecclesia Leopoliensi per se vel ipsorum vicarios legere sub pena excommunicacionis, nisi forte hys diebus aliquod Summum festum eveniret, propter quod ipse misse compleri non possent, extunc in diem sequentem congruum transferrentur, quas et nos exnunc transferimus per presentes. Quod si in eisdem missis complendis quoquomodo fuerint negligentes, ipsas iuxta inscripcionem dicti domini decem Canonici presentes et futuri, quod absit, non perficientes ipsos Summe Excommunicacionis volumus subiacere ipso facto, et ipsos exnunc prout extunc denuncciamus excommunicatos. Quamquidem ordinacionem, disposicionem dicti domini decem Canonici cum suis Successoribus promiserunt tenere ad tempora perpetua ac inviolabiliter observare. Harum quibus nostrum et Capituli predicti Sigilla presentibus sunt appensa testimonio literarum cum Subscripcione honesti Iacobi Alberti de pabyanicze publici Imperiali Auctoritate notary et Scribe cause memorate. Acta sunt hec Anno Domini Millesimo Quadringentesimo XL, Indiccione tercia, pontificatus Sanctissimi in Christo patris et dominis Eugeny divina providencia pape quarti Anno nono, die mercury, XVII mensis Augusti alias infra Octavas assumpcionis Sancte marie, expleta Synodo provinciali tunc in Leopoli celebrata per nos et nostros assessores. Presentibus ibidem Reverendis, Wenerabilibus, Honorabilibus et Discretis viris dominis Iohanne Chelmensi, Petro premisliensi et paulo Camenecensi Episcopis, Gregorio licenciato in decretis Archidiacono, Iohanne preposito alias Ianussio de Nyeprowicze, Francisco Decano, petro Custode, Iohanne de Byecz, Petro de premislia, Nicolao de Holchowa, Laurencio de Grodek Canonicis Leopoliensibus alysque testibus fidedignis.

Et ego Iacobus Alberti de Pabyanicze Clericus Gneznensis dyocesis, publicus Imperiali Auctoritate Notarius, Quia predictis ordinacioni, constitucioni, ratihabicioni alysque omnibus et singulis presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi Ideoque presens Instrumentum de speciali mandato prefati Reverendissimi in Christo patris domini Iohannis dei gracia Archiepiscopi Leopoliensis et ad requisicionem dictorum dominorum prelatorum et canonicorum cum Sigillorum eorundem appensione de eorum certa sciencia et voluntate exinde confeci. Signo et nomine meis et solutis ac consuetis fideliter consignavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. 10. nr. 6.). Na paskach pergaminowych zawieszone dwie gałki woskowe, pierwsza arcybiskupia przedstawia na wosku czerwonym odcisk herbu Odrowąż, druga kapitulna na wosku ciemnozielonym gryfa[1]) z napisem w obwodzie: S. CAPITULI SANCTE ECCLIE . . . . . (daléj nieczytelne).

Na odwrotnéj stronie pergaminu dwa napisy współczesne:

De obligacione Canonicorum super duas missas occasione
Centum 21 Marcarum 1440.

Litera de legendis missis per Canonicos super altare sancte Mariemagdalene.

# LX.

## Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że w księgach ziemskich lwowskich z czasów urzędowania Stanisława z Dawidowa i Jana z Zimnejwody znajduje się układ podziału wsi Połuchowa dokonany między Drobyszem z Połuchowa stryjem a Jaczkiem i Juszkiem synowcami jego.
## 1441.

Nos Petrus de Brancze Iudex et Iohannes de Wyssokye Subiudex terrestres Leopolienses generales Recognoscimus tenore presencium quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris hecque scripta inspecturis, que in libro terrestri Leopoliensi antecessorum nostrorum invenimus. Quomodo Generosis Dominis Stanislao de Dauidow Iudice et Iohanne de Zymnawoda Subiudice terrestribus Leopoliensibus adhuc in humanis existentibus et agentibus, extunc ad presenciam illorum et aliorum dominorum infra descriptorum Iudicio presidentibus venientes personaliter Nobilis Drobysz de Poluchow patruus et Iaczko cum Iuskone fratres germani de ibidem dicti patrui filiastri parte ab altera, sani mentium ipsorum et corporum, non compulsi, nec coacti, nec aliquo errore devio seducti amicorumque suorum freti consilio libere recognoverunt, quia ville predicte Poluchow utrinque inter se divisionem fecerunt perpetuam in hunc modum, quod Drobyssio dictorum Iaczkonis et Iuskonis patruo cessit medietas dicte ville Poluchow cum piscina magna et prato a parte ville Pniathyn cum omni Iure, et predictis Iaczkoni et Iuskoni fratribus germanis cessit alia pars

---

[1]) Z pieczęci zawieszonéj ze strony lwowskiéj kapituły na powyższym dyplomacie okazuje się, że na ten czas wspomniona kapituła używała herbu Gryf, chociaż dawny manuskrypt Rozrażewskiego daje kapitule lwowskiéj za herb trzy lwie głowy. Niesiecki (Korona Polska I, 26) zaś pisze, że na różnych miejscach w herbie wspomnianéj kapituły widział Najświętszą Pannę na księżycu rogatym stojącą, pod księżycem lew leży, głowa Najśw. Panny w koronie, w jednéj ręce berło trzyma, w drugiéj dziecię Pana Jezusa. *A. P.*

ville eiusdem Poluchow a parte ville Poduszow versus villam Bielie per viam, que vadit de Biele in Poluchow usque vadum torrentem, in quem incidit via predicta, cum piscina superiori ex parte Bielie[1]) et ab aggere piscine dicti Drobyssii infra torrentem eiusdem isti duo fratres possunt locare piscinas de novo, et antiquam reparare versus Plethenicze, circa quem torrentem debent esse prata dicti Drobyssy, super que prata libere debent inundare piscine dictorum fratrum locate vel locande et terra super aggere dictarum piscinarum libere debet tolli de ripa sive de prato dicti Drobyssii. Et super aggerem piscine magne dicti Drobyssy eciam libere debet tolli terra de parte dictorum fratrum Iaczkonis et Iuskonis ville Poluchow, que piscina Drobyssii libere debebit inundare in partem dictorum fratrum predictam in latum et in longum. Que divisio per partes predictas sub vadio triginta sexagenarum inviolabiliter et in perpetuum, in quod vadium ambe partes consenserunt, debebit teneri et observari. Resignaveruntque predicte partes una alteri medietatis ville predicte Poluchow ad quamlibet ipsarum concernentis cum omni iure, ut predicti Iaczko et Iusko fratres germani resignaverunt Drobyssio patruo ipsorum suam partem ville predicte Poluchow in perpetuum, prout superius est descripta, nichil iuris et proprietatis in eadem parte bonorum ipsis vel ipsorum heredibus et legittimis successoribus in posterum reservando, cum omnibus et singulis eiusdem partis ville Poluchow utilitatibus, censibus, redditibus, usufructibus, proventibus, agris, pratis, campis, pascuis, montibus, collibus, vallibus, planiciebus, . . . . . . . .[2]), boris, mericis, gays, rubetis, quercetis, pinetis, virgultis, nemoribus, venacionibus, aucupacionibus, mellificys, piscinis, molendinis, emolimentis, rivis, aquis, fluvys, piscaturis, stagnis, lacubus, paludibus, torrentibus et agrorum predictorum attinencys et pertinencys quibuslibet ad predictam partem ville Poluchow quolibet spectantibus per ipsum Drobyssium et ipsius heredes et legittimos successores tenendum, habendum, utifruendum, possidendum, donandum, vendendum, commuttandum (*sic*), obligandum, alienandum, prout sibi et ipsis melius et utilius expedire videbitur ac in usus quosvis complacitos libere commitendum. In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et Datum Leopoli feria sexta post festum Conversionis Sancti Pauli proxima (*27 Stycznia*) Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo primo[3]). Presentibus ibidem

---

[1]) Połuchów, Podusów, Pletenice, Pniatyn, Biała (*Bielie*) wsie leżące w powiecie Przemyślańskim.

[2]) Jeden wyraz nieczytelny.

[3]) W roku 1441 Piotr z Branic nie był sędzią, a Jan z Wysokiego nie był podsędkiem lwowskim, urzęda te piastowali wtenczas Stanisław z Dawidowa i Jan z Zimnejwody. Powyższy dokument jest tylko kopią wyjętą z ziemskich aktów lwowskich z r. 1441 a widymowaną przez Piotra z Branic i Jana z Wysokiego. Data dokumentu

Nobilibus Dominis Petro in Czyzykow, Stanislao in Zadowicze, Bogdano in Zloczow, Philipkone in Ledencze, Hrinkone Theleszek et Iaczkone filio suo in Pieczychosty heredibus et aliis quam pluribus testibus fide dignis circa premissa.

Oryginał na pergaminie w arch. kons. metr. lwowsk. obrz. łac., zawieszone były na paskach pergaminowych dwie pieczęcie, które zaginęły.

# LXI.

## Włodek z Bielki i Jan z Hermanowa fundują i uposażają kościół parafialny we wsi dzisiaj Bilka szlachecka zwanéj. 1441.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum ges(*ta homi*)num propter humane vite brevem metam in longa non possunt memoria reservari, opportunum igitur extat, ut talia litterarum apic*(ibus et)* Testium annotacione perhenentur. Proinde nos Wlodek[1]) heres de B(*yelka*) et Iohannes heres de Hermanow pya ducti miseracione ac devocione thezauros volentes thezaurisare in celis, ubi nec erugo nec tinea eosdem demollitur et fures non effodiunt nec furantur, non compulsi, non coacti, nec aliquo errore devio seducti, sed matura deliberacione ac suorum amicorum salubri freti consilio, ob salutem animarum nostrarum ac progenitorum et successorum nostrorum legittimorum ceterorumque amicorum nobis propinquorum Ecclesiam parrochialem in villa Byelka[2]) ad honorem sancte Trinitatis et Beate Marie virginis videlicet Assumpcionis, Nativitatis festorum Sub titulo Beatorum Georgy martiris et Adalberti pontificis et Martiris gloriosorum de consensu et speciali licencia Reverendissimi in Christo patris domini ac domini Iohannis Dei gracia Archiepiscopi Sancte Metropolitane Leopoliensis Ecclesie ereximus de novo et fundavimus, domino nobis suffragante. Quamquidem Ecclesiam tamquam veri Colatores dotavimus perpetualiter modo infrascripto. Et primo ego Wlodek heres de Byelka prefate Ecclesie parrochiali in Byelka et Rectoribus ipsius pro tempore existentibus inscripsi, donavi et assignavi decimam post araturas curie in Byelka provenientem grani cuiuslibet ma-

(r. 1441) jako i świadkowie podpisani odnoszą się do urzędowania Stanisława z Dawidowa i Jana z Zimnejwody. Taki sam stosunek zachodzi w dokumentach nr. LXX (z r. 1445) i nr. LXXII (z r. 1447), w którym to czasie sprawował urząd sędziego Jan Gołąbek z Zimnejwody a podsędka Ścibor z Wiszni.

[1]) Herbu Sulima (Niesiecki V, 563.)

[2]) *Byelka* dziś Bilka szlachecka wieś w powiecie Lwowskim, w tymże samym powiecie Hermanów.

nipularem, campestrem et eciam decimas post araturas curie vel curiarum in prefata villa Byelka et graniciebus ipsius futuris temporibus per se vel successores meos legittimos augende vel augendarum, videlicet decimam Cassullam vulgariter kopa. Item dedi, inscripsi et contuli piscinam tali defluxu alias thym pothokem, que piscina procedit a curia domini Hermanowsky et inundare poterit ad omnes partes terminando usque ad aggerem domini Iohannis Hermanowsky. Insuper dedi, contuli, inscripsi Laneum agri. Eciam dedi, contuli Theoloneum alias mytho, quod est super villa Byelka. Deinde inscripsi et contuli prefate Ecclesie parrochiali tres marcas super demissione piscine mee magne alias na spuscze et hoc quando eandem piscinam in tribus vel quatuor annis demittere contigerit. Ceterum ego eciam Iohannes heres de Hermanow Colator Ecclesie supradicte dedi, inscripsi, contuli et donavi prefate Ecclesie parrochiali in Byelka et Rectoribus ipsius pro tempore existentibus Primo decimam meam post araturas Curie vel Curiarum in prefata villa Hermanow et graniciebus ipsius futuris temporibus per se vel successores meos legittimos augende vel augendarum, videlicet decimam Cassulam grani cuiuslibet manipularem, campestrem. Item dedi, inscripsi, contuli Ecclesie sepedicte unum laneum agri liberum et pratum tale quale habere potero. Insuper dedi et contuli unum pecus annuale vulgariter Skocza alias vipustek anno quolibet. Item postquam ville predicte Byelka et Hermanow locabuntur in Ius Theutunicum et agri mensurabuntur in laneos, tunc quilibet Incolarum Catholicorum de suo laneo dare tenebitur per unum Truncum Siliginis et per unum Truncum avene, et de medio laneo medium predictorum, et de quartali lanei quartam partem Trunci racione annonarum ad singulos annos futuros circa festum Beati Martini Pontificis gloriosi. Preterea Incole prefatarum villarum Byelka et Hermanow et earum subsides solvere debebunt mensales et clericales Rectori et Clerico Ecclesie parrochialis predicte secundum consuetudinem aliarum villarum in Ius Theutunicum in terra Russie locatarum. Item volumus, quod una missa defunctorum in duabus Septimanis per plebanum vel ipsius vicarium pro animabus heredum, qui fundaverunt Ecclesiam, habeatur. Eciam volumus, ut nullus ex nobis Colatoribus supra descriptis solus per se eandem Ecclesiam in Byelka conferat, sed ambo simul usque ad extremum vite nostre. Post migracionem vero vite nostre de hoc seculo successores ambornm nostrorum legittimi, qui pro tempore fuerint, eandem Ecclesiam omnes in simul et nullus eorum per se cui ipsis melius et expediencius videbitur potestatem conferre habebunt. Item si plebanus fuerit discors et non diligens, et de hoc per heredes, qui tempore fuerint, convictus fuerit, extunc talis incuria et non

diligencia Domino Archiepiscopo debet exponi et ad presenciam ipsius vocari, qui tunc dominus Archiepiscopus eum cogere debebit ad commutacionem Ecclesie prefate iusticia ipsius mediante. Quamquidem Ecclesie parrochialis predicte in Byelka ereccionem, fundacionem et dotacionem in Dei nomen Ratificavimus, approbavimus nos heredes prefati, presentibusque ratificamus, approbamus et volumus robur obtinere perpetue firmitatis. In cuius rei Testimonium Sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli feria quarta proxima post festum Sancti Stanislai vernalis *(10 Maja)* Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo primo In Stuba maiori Canonicorum et Vicariorum Ecclesie Leopoliensis. Presentibus ibidem Venerabilibus et Honorabilibus Dominis Ianussio de Nyprowicze preposito vicarioque in spiritualibus et officiali, Francisco de Orzek Preposito Sancti floriani extra muros Cracovienses, Iohanne de Sokolniki, Laurencio de Grodek Plebano Canonicis Leopoliensis Ecclesie, Testibus circa premissa. Scriptum per manus Ingeniosi Andree de Schamothuli Arcium liberalium Baccalaurei, Clerici Poznaniensis diocesis, publici Imperiali auctoritate Notary Consistory Leopoliensis.

Według kopii urzędowéj w arch. kons. metr. lwowsk. obrz. łac., w kilku miejscach uszkodzonéj, któréj dość liczne myłki poprawiono według oddruku umieszczonego w Dod. do Gaz. Lwowsk., 1851, nr. 21 i 22 a dokonanego według oryginału, który się znajdował w r. 1851 w ręku księdza Orłowskiego Plebana biéłeckiego.

## LXII.

### Piotr Wołczko z Kłodna, podkomorzy lwowski, oznacza granice między wsią arcybiskupią Dunajów zwaną i wsią należącą do Mikołaja Gołogórskiego zwaną Wycin.
### 1441.

Petrus Wolczko de Clodno Succamerarius Terre Leopoliensis generalis. Significamus Tenore presencium universis et singulis quibus expedit tam presentibus quam futuris. Quomodo descendentes realiter inter partes et hereditates villarum in districtu leopoliensi, videlicet Dunayow Reverendi patris Domini Archiepiscopi leopoliensis parte ab una et Strenui domini Nicolai Gologorssky villa Wyaczen ab altera partibus, granicieias *(sic)* limittavimus et fecimus inter ipsos perpetuas ex consensu utrorumque speciali una et cum dominis infra scriptis, nobis et ipsis in manus per ipsas partes specia-

liter est comissum. Talimodo et ordine secundum consuetudinem graniciarum et iuramentum testium, incipiendo a primo scopulo angulari Czemerzinski superius silve dicte Lesszki usque ad fluvium Dunayecz et circa fluvium Dunayecz ab una parte Scopulum et alterum scopulum et a fluvio citra montem, que (*sic*) vocatur podwysokye[1]), a monte vero podwysokye dicto usque superius Rzinisscze usque ad viam, que currit in medio marice (*sic*). Et hoc tenere debent quiete et pacifice perpetuis temporibus et in evum. In cuius rei Testimonium sigilum (*sic*) nostrum presentibus est subappenssum (*sic*). Actum et datum leopolie (*sic*) feria sesta (*sic*) post festum exaltacionis Sancte Crucis *(15 Września)* Anno domini Millesimo Quadringentessimo (*sic*) quadragessimo (*sic*) primo, presentibus ibidem Strenuis et generosis dominis Krzineczsky Iohanne, Dubrzinsky Nicolao, Romanosky Mathia, Olsanski Petro, Bosczessky Iohanne, Swinka Pomorzenski Testibus et aliis quam pluribus fide dignis ad premissa vocatis.

Dokument oryginalny na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. II, nr. 6) dobrze zachowany, pieczęć oderwana, pozostał po niéj tylko kawałek paska pergaminowego.
Na odwrotnéj stronie pergaminu napis współczesny:
granicies ad Wyanczen
limites inter Dunayow.

## LXIII.

**Władysław Warneńczyk zapisuje Piotrowi Dzikowi pięćdziesiąt grzywien monety polskiéj na wsi królewskiéj Zuszycach. 1442.**

Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. Rex Lithwanieque Princeps Supremus et heres Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis. Quia inspectis fidelibus serviciis, quibus Maiestati Nostre Nobilis Petrus Dzyk placere meruit et aucto fidelitatis studio poterit complacere prestancius in futurum, horum intuitu volentes ipsum gracie Nostre favore prosequi speciali et ad obsequia Nostra continue reddere prompciorem, sibi in et super villa Nostra Dzuschicze[2]) dicta, in Terra Russie et districtu Grodeczensi sita, Quinquaginta marcas monete et numeri polonicalium comunium, quadraginta octo grossos in mar-

[1]) Wieś *Dunajów* leży w powiecie Przemyślańskim, wieś Wiączyn, Wiczyn dziś *Wycin* w powiecie Zloczowskim. Z uroczysk Czemerzinski, Podwysokie powstały dziś wsie Ciemierzyńce i Podwysokie w powiecie Brzeżańskim. *A. P.*
[2]) Wieś Dzuschice, Zdnszyce dziś wieś Zuszyce w powiecie Grodeckim. Porównaj dokumenta Nr. V i L. *A. P.*

cam quamlibet computando, dedimus, donavimus, damusque inscribimus et largimur graciose per presentes; per ipsum et suos posteros cum omnibus et singulis eiusdem ville utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus, agris, pratis, campis, silvis, mericis, borris, gays, rubetis, nemoribus, pascuis, sereptis, fluminibus, lacubus, piscinis, piscaturis, stangnis *(sic)*, paludinibus, aquis et earum decursibus, molendinis, emolimentis, venacionibus, aucupacionibus, mellificiis et aliis obvencionibus generaliter universis, quomodolibet ad prefatam villam pertinentibus in prefatis quinquaginta marcis monete et numeri predictorum habendam, tenendam, utifruendam et pacifice possidendam, ita diu quousque per Nos vel successores Nostros legittimos sibi vel suis legittimis successoribus prefate quinquaginta marce exintegro persolvantur. Quibus persolutis prefate ville possessio ad Nos et successores Nostros redibit pleno iure, stacionibus tamen Nostris et iuribus Regalibus solitis per omnia semper salvis. Harum quibus sigillum Nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum Bude feria secunda proxima ante festum sancti Stanislai, pontificis gloriosi (*7 Maja*). Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo.

Relacio Magnifici Iohannis de Conieczpole, Regni Polonie Cancellarii.

Dokument oryginalny na pergaminie w arch. arcyb. metrop. lwowsk. obrz łac. (nr. IX) dobrze zachowany i czytelnie pisany. Pieczęć oderwana, pozostał po niéj tylko pasek pergaminowy, na którym była zawieszona.

## LXIV.

### Władysław Warneńczyk zapisuje Piotrowi Dzikowi pięćdziesiąt grzywien monety polskiéj na wsi królewskiéj Zuszycach. 1442.

Wladislaus Dei gracia hungarie, polonie, Dalmacie, Croacie etc. Rex Lithwanieque princeps Supremus et heres Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Quomodo attendentes grate fidelitatis obsequia studiosa Nobilis Petri Dzyk de wyewecz, fidelis Nostri, quibus Maiestati Nostre complacuit auctoque fidelitatis sue studio poterit prestancius complacere in futurum, horum intuitu volentes ipsum Graciarum Nostrarum prosequi favoribus et ad obsequia Nostra de cetero reddere prompciorem, sibi in et

super villa Nostra Dzuszicze[1]) in Terra Russie et districtu Grodeczensi sita Quinquaginta marcas communis pecunie polonicalis numeri consueti, in quamlibet marcam Quadraginta octo grossos computando, inscribimus, assignamus, damus, donamus et largimur graciose presencium per tenorem, per ipsumque Petrum Dzyk et ipsius successores legittimos tenendam, habendam, regendam, quiete et pacifice possidendam cum omnibus et singulis eiusdem ville utilitatibus, fructibus, censibus, proventibus, redditibus, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, mericis sive przelasky protendentibus a wyelepole[2]), borris, gays, nemoribus, rubetis, mericis, virgultis, fluviis, fluminibus, lacubus, stagnis, piscinis, piscaturis, aquis et earum decursibus, molendinis, emolimentis, venacionibus, aucupacionibus, mellificiis ac alys obvencionibus generaliter universis, quibuscumque dicantur nominibus, tamdiu quousque per Nos aut Nostros successores sibi aut suis legittimis successoribus huiusmodi quinquaginta marce fuerint integraliter persolute, condicione tamen adiecta, ut ipse Dzyk loca Nostrarum venacionum bene custodiat. Quo facto ville dicte possessio ad Nos et successores Nostros reverteret pleno iure, stacionibus tamen et iuribus Nostris Regalibus semper salvis, hoc eciam addito, ut ibi residenciam personalem facere teneatur. Harum quibus Sigillum Nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum Bude feria tercia festi penthecostes (*22 Maja*) Anno Domini millesimo Quadringentesimo Quadragesimo Secundo.

Dominus Rex per venerabilem Magistrum Gregorium notarium.

Dokument oryginalny na pergaminie w arch. arcyb. metrop. lwowsk. obrz. łac. (nr. X) dobrze zachowany i czytelnie pisany, z wielką pieczęcią zawieszoną na paskach pergaminowych. Pieczęć królewska na czerwonym wosku wyciśnięta taka sama jak Działyński Statut litewski tab. VII. nr. 3.

## LXV.

### Stanisław Dawidowski sędzia lwowski zapisuje OO. Dominikanom lwowskim trzy kopy groszy rocznego dochodu ze wsi swojéj Dawidowa.
### 1442.

Nos Stanislaus heres de Dauidow Iudex leopoliensis Ad perpetuam rei memoriam. Significamus quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Quod diligenti consideracione prehabita et bona deliberacione una

[1]) Porównaj dokumenta Nr. V, L, LXIII.

[2]) Uroczysko wyelepole dziś Wielkopole w powiecie Grodeckim. *Petrus Dzyk de wyewecz* w dyplomacie z r. 1448 dnia 25 Sierpnia pisze się *de Wyewtze.* *A. P.*

cum consensu filiorum nostrorum Nicolao, Stanislao, Iohanne et uxore nostra legittima Hedwigi et filiabus ad Sincere devocionis insignia et oracionnm devotarum suffragia, quibus Religiosus pater Frater Mathias Conradi prior Monastery corporis Christi in Civitate leopoliensi una cum fratribus suis ordinis fratrum predicatorum, devoti nostri dilecti, pro nostra salute et nostrorum progenitorum, Consagwineorum (*sic*), Successorum legittimorum animabus misericordiam omnipotentis dei non desinunt implorare die noctuque fervencius divinis cultibus valide inhereant Et ut Munificencys dicti Monastery Corporis Christi in leopolim *(sic)* siti operosius possint insudare, prefato patri fratri Mathie Conradi priori et fratribus suis, qui pro nunc sunt et pro tunc erunt, Ipsorumque successoribus dicti Monastery Corporis Christi in leopolim (*sic*) siti ordinis fratrum predicatorum de nostra villa dicta Dauidow sita duobus miliaribus a leopolim *(sic)* de nostris censibus legitimis de ibidem de nostris Qmetonibus (*sic*) nobis dandis tres sexagenas singulis annis super festum Sancti Martini Confessoris incliti obtitulum (*sic*) Sepulture dedimus, contulimus, damus et donacione perpetua conferimus irrevocabiliter temporibus perpetuis et affuturis a nobis sive a nostris Successoribus et procuratoribus dandas, conferandas *(sic)* indilate et excusacione omni postposita, pro quibus tribus sexagenis dictus pater frater Mathias Conradi una cum fratribus suis et cum ipsorum Successoribus ob anime nostre salutem et omnium nostrorum Successorum temporibus perpetuis singulis ebdomadis et septimanis tenentur et astricti sunt legere tres Missas in Capella Omnium sanctorum locata in Munificencys sepe dicti Monastery Corporis Christi siti in leopolim (*sic*) apud fratres predicatores. In quorum premissorum testimonium Sigillum duximus proprium fore subappensum. Actum et Datum in villa nostra Dauidow in Vigilia Visitacionis beate Marie virginis *(30 Czerwca)*. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo secundo. Testibus presentibus Nobili viro Stanislao Mytulinsky advocato Glyniensi, Nicolao Clus[1]), Nicolao Romanofsky, Iohanne Golombek Sub Iudice leopoliensi et alys quampluribus fidedignis.

Oryginał na pergaminie w bibl. OO. Dominikanów lwowskich. Na pasku pergaminowym zawieszona była pieczęć, której dzisiaj już nie ma.

---

[1]) Wieś Dawidów leży w powiecie Lwowskim. *Stanislaus Mytulinsky* pisał się tak od wsi Mitnlina leżącéj w powiecie Złoczowskim. Nazwisko familijne *Clus* jest pochodzenia niemieckiego, albowiem staroniemieckie *Claus*, *Closs*, *Klus* jest skróceniem imienia Nikolaus, Mikołaj. *A. P.*

# LXVI.

## Władysław Warneńczyk pozwala Janowi arcybiskupowi lwowskiemu założyć miasto na prawie niemieckiém w miejscu, gdzie stoi Bartoldowa karczma.

## 1442.

**In nomine domini Amen.** Ad perpetuam Rei memoriam. Nos Wladislaus Dei gracia Rex Hungarie, polonie, Dalmacie, Croacie, Rascie, Servie, Bulgarie, Sclavonie, Necnon Terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Lythwanie princeps supremus, pomeranie Russieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris, noticiam presencium habituris. Quomodo per Reverendissimum in Christo patrem dominum Iohannem Archiepiscopum leopoliensem, sincere Nobis dilectum, oblata Nobis peticio continebat, quod sibi in merica dicta Bartholtowa Carczma[1]), In terra Russie et districtu Gro(*decensi*) sita Civitatem erigere et construere Indulgere dignaremur ac sibi Ius Civile, fora tam anuale quam septimanale et Ius theutu(*nicum*) instituceremus et daremus in eadem graciose, Nos igitur huiusmodi precibus suis benigniter acclinati, auctoritate Nostra Regia, Sibi Civitatem (*in prenomi*)nata Merica de nowo erigere et construere indulsimus et presentibus indulgemus, eodem nomine Bartholtowa Carczma appe(*llatam*). Ita ut ipsam Civitatem construere ampliusque sine Regio nostro aut aliorum preiudicio locare et ad usus suos beneplacitos disponere pot(*erit*) . . . .[2]) ipseque sui successores Archiepiscopi perpetuo ac in evum, Et ut hec ipsa Civitas in se ipsa reformetur, Ipsiusque Cives et Incole in su(*is subst*)ancys augeantur, Damus sibi et suis Incolis omnia Iura Civilia et libertates, quibus alie Nostre Civitates Terre Russie (*utuntur*) et fruuntur Ipsisque uti et frui, prout eis alie Civitates predicte Terrarum Russie et ipsarum Cives et Incole utuntur et fruuntur. (*Conced*)imus insuper in eadem Civitate Bartholtowa Carczma forum septimanale singulis ferys secundis cuiuslibet septimane, (*forum*) vero annuale in crastino post festum beati Mathie Apostoli et duobus diebus sequentibus annis singulis tenendum, continuandum, (*celeb*)randum. In quibus foris omnibus hominibus cuiuslibet status aut condicionis venientibus omnes merces resque cuiuslibet speciei ducendi, vendendi, comutandi et abinde reducendi, sine quovis Nostrorum Capitaneorum aut officialium aliorum impedimento, damus

[1]) *Bartoldowa Karczma* dzisiaj wieś *Bartatów* w powiecie grodeckim.
[2]) Brakuje jednego lub dwóch wyrazów.

plenariam et omnimodam facultatem. Et ut ipsius Civitatis Bartholtowa Carczma condicionem faciamus meliorem, Ipsam de Iure polonico in Ius theutunicum, quod Maydburgense dicitur, transferimus perpetuo duraturum, Removentes ibidem omnia Iura polonicalia, Ruthenicalia, modos et consvetudines universas, que ipsum Ius theutunicum plerumque consweverunt perturbare. Eximimus insuper, absolvimus et perpetuo liberamus omnes et singulos Cives et Incolas Civitatis predicte ab omni Iurisdicione (*sic*) et potestate omnium Regni Nostri palatinorum, Castellanorum, Capitaneorum, Iudicum, Subiudicum et quorumvis officialium et ministerialium eorumdem, ut coram ipsis vel ipsorum aliquo pro causis citati minime respondebunt nec aliquas penas solvere tenebuntur, sed tum Cives et Incole coram suo Advocato, Advocatus vero coram suo domino videlicet Archiepiscopo pro tempore existenti et hoc dum per literam, sigillo suo sigillatam, evocatus fuerit et citatus, non aliter quam suo Iure Theutunico Maydeburgensi de se querulantibus respondere sint astricti. In causis autem criminalibus, capitalibus superius expressatis advocato Civitatis predicte diffiniendi, sentenciandi et plectendi damus plenam et omnimodam facultatem, prout hoc ipsum Ius theutunicum in omnibus suis punctis, sentencys, articulis et clausulis postulat et requirit. Harum quibus Sigillum Nostrum est appensum testimonio literarum. Actum Bude feria Secunda proxima post festum sancti Michaelis (*1 Października*) Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo secundo, presentibus ibidem Reverendis in Christo patribus dominis Iohanne Waradiensi, Matheo Wesprimensi Episcopis, Magnificisque Laurencio de Hederwara Regni Hungarie, Petro de Sprowa leopoliensi, hriczkone Kerdey podolie palatinis, Laurencio de Calinowa Siradiensi, predborio de Conieczpole Rosperiensi, Theodrico de Buczacz Camenecensi Castellanis et Petro Scora de Gay Iudice poznaniensi Ac alys quampluribus fidedignis. Datum per manus Magnificorum Iohannis de Conyeczpole Cancellary et Petri de Szekoczini Vicecancellary Regni Polonie, sincere Nobis dilectorum.

Ad Relacionem Magnifici Petri de Sczekoczini, Regni Polonie Vicecancellary.

Oryginał na pergaminie w arch. arc. metr. lwowsk. obrz. łac. (Nr. VIII a) w kilku miejscach dość znacznie uszkodzony, pieczęć oderwana, pozostały sznury jedwabne czerwone i białe. Poniżéj dokumentu podpis nieco późniejszy:

lecte et admisse in Leopoli Anno h. s. sexagesimo nono dominica Reminiscere per Albertum de Zichlin Regni Polonie Vicecancellarium.

Na odwrotnéj stronie pergaminu napis współczęsny:

privilegium super locando opido in Bartholtowa karczma.

# LXVII.

**Władysław Warneńczyk rozkazuje Piotrowi Odrowążowi ze Sprowy, wojewodzie lwowskiemu i staroście jeneralnemu ruskiemu, aby arcybiskupstwu lwowskiemu przywrócił jezioro malczyckie, nadane arcybiskupowi przez Władysława Jagiełłę a zabrane nieprawnie przez zmarłego brata piotrowego Rafała. 1442.**

Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. Rex Lythwanieque princeps Supremus et heres Russie etc. Magnifico Petro Odrowansch de Sprowa Palatino Leopoliensi et capitaneo Russie generali sincere Nobis dilecto Graciam Regiam et favorem. Magnifice, Nobis dilecte. Dudum dum in Leopoli fuissemus, tunc de maturo Nostrorum consiliariorum consilio cupientes defectibus tam Archiepiscopi quam Capituli Ecclesie Leopoliensis occurrere et propter salutem progenitoris olim Nostri carissimi ac prosperitate successuum Nostrorum restitueramus Reverendissimo in Christo domino Iohanni Archiepiscopo et Capitulo Leopoliensi lacum superius malczicze[1]) per olim Serenissimum progenitorem Nostrum carissimum eis datum, per ipsos habendum, tenendum et perpetue pacifice possidendum. Verum prout Nobis novissime pro parte eiusdem domini Archiepiscopi et Capituli est querulose expositum Nobis ignorantibus Magnificus olim Raphael Castellanus Woyniczensis predecessor eius in Capitaneatu et germanus suus, nescitur quo ductus spiritu, prefatum lacum alias malcziczske Gezoro ab ipso domino Archiepiscopo et eius Capitulo alienavit et recepit in ipsorum et Ecclesie eorum oppressionem atque dampnum. Nos igitur hec non libenter audientes et volentes, ut prima voluntas progenitoris Nostri carissimi et Nostra locum habeat et stet firme, restituimus et restitui facimus prefatum lacum superius malczicze prefato Domino Archiepiscopo et suo Capitulo per ipsos tenendum, habendum, utifruendum et perpetue, pacifice ac quiete, cum omni iure et dominio possidendum. Quocirca tue sinceritati committimus et seriose habereque volentes omnino mandamus, quatenus mox, visis presentibus, restituas seu des atque assignes realem et actualem predicti lacus alias malcziczskego gezora sepefato domino Archiepiscopo et eius Capitulo possessionem omnibus excusacionibus et quibuscumque coloribus exquisitis proculmotis et aliud pro gracia nostra facere non ausurus. Datum Bude feria tercia

[1]) Malczyce małe wieś w powiecie grodeckim do r. k. arcybiskupstwa lwowskiego należąca.

proxima post festum Sancti Michaelis Archangeli *(2 Października)* Anno domini millesimo CCCC quadragesimo secundo.

Relacio Wenerabilis Nicolai de Lasothky Decani Cracoviensis.

Dokument oryginalny na pergaminie w arch. arcyb. metr. lwowsk. obrz. łac. (nr. XI). Pieczęć oderwana, pozostało tylko wcięcie, w którém była zaczepiona.

Dokument ten był potwierdzony przez króla Zygmunta Augusta w r. 1555. Potwierdzenie tó brzmi jak następuje:

Sigismundus Augustus Dei gracia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae, Samogitiae etc. Dominus et haeres. Significamus tenore praesentium quorum interest universis Quia cum exhibitae essent coram Nobis nomine Reverendissimi in Christo Patris Domini Faelicis Ligęza Archiepiscopi Leopoliensis super quendam lacum Malczyeze servientes, tametsi antiquae integrae tamen, nec aliqua in parte suspectae. Cumque supplicatum Nobis esset, ut eas literas ob earum vetustatem innovare simulque approbare, confirmare et ratificare dignaremur. Quarum literarum tenor de verbo ad verbum is seqnitur.

Następuje dokument z r. 1442 powyżéj oddrukowany, potem potwierdzenie brzmi daléj:

Nos itaque Sigismundus Augustus Rex praenominatus supplicationi ipsi benigne annuentes literas praescriptas innovamus easque in omnibus punctis, clausulis, articulis et conditionibus approbamus, confirmamus et ratificamus, decernentes ipsas et earum contenta robur debitae firmitatis perpetuo obtinere. Harum quibus sigillum Nostrum est appensum testimonio literarum. Datum Piotrcoviae in Conventione generali Regni Decima die Iunii. Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto. Regni Nostri vigesimo sexto.

Relatio Magnifici Ioannis de Ocieszino, Regni Poloniae Cancellarii, Succamerarii et Capitanei Generalis Cracoviensis, Sandecensis, Olstinensis etc. Capitanei.

(Według kopii z początku XVII wieku w kopiariuszu w arch. arcybisk. str. 130 i 131.)

## LXVIII.

### Synod bazylejski rozstrzyga spór między kapitułą a arcybiskupem Janem lwowskim na korzyść kapituły, przysądzając jéj dochody z młyna i posiadłości ziemskiéj.

### 1443.

**Sacrosancta** generalis Synodus Basiliensis in Spiritu Sancto legitime congregata universalem ecclesiam representans. **Ad Perpetuam Rei Memoriam.** Cir-

cumspecta universalis ecclesie providencia ex solicitudinis et manutencionis ministerio ad hoc libenter intendit, ut ecclesiarum presertim Metropolitanarum aliorumque prorsus locorum votivo successu ac in illis existencium personarum nobis et eidem universali ecclesie devotarum statui et indemnitatibus valeat salubriter provideri et ea que propterea provide facta comperiuntur, ut illibata persistant, cum ab ea petitur, oportune confirmacionis presidio solet communire. Sane peticio pro parte dilectorum ecclesie filiorum: Decani, Canonicorum et Capituli ecclesie Leopoliensis, nobis nuper exhibita, continebat, quod olim, postquam ecclesia Leopoliensis, que prius parrochialis et de huiusmodi parrochiali in Metropolitanam auctoritate apostolica erecta fuerat, bone memorie Iohannes, Archiepiscopus Leopoliensis, tunc in humanis agens, provide considerans, quod tunc mandata dei et cultus divinus curaque parrochialis in ipsa ecclesia Leopoliensi, que adhuc inibi post huiusmodi erectionem remanebat, melius et laudabilius dirigerentur, dum gravia onera solius humeris imposita a pluribus perferrentur. Ea propter ipse Iohannes Archiepiscopus, ut huiusmodi cura animarum parrochianorum melius salubriusque exerceri ac divinus cultus decencius et ornatius peragi valeret, in ipsa ecclesia temporis successu ad laudem et honorem omnipotentis dei eiusque gloriose virginis Marie, sub cuius vocabulo ipsa ecclesia dedicata et consecrata est, necnon pro animarum salute et divini cultus huiusmodi augmento parrochiam et curam animarum parrochianorum ecclesie huiusmodi per ipsos prelatos, Canonicos et Capitulum, prout eis melius et salubrius expedire videretur, extunc deinceps perpetuis futuris temporibus regendam et exercendam ac totaliter gubernandam cum Molendino aquatili ac laneo agrorum, retro idem Molendinum et post altum Castrum leopoliensem versus Prussi situatis, necnon cum omni iure, dominio, fructu et usufructu, eorundem etiam mensalibus, missalibus, annonis et Columbacionibus alysque omnibus et singulis iuribus et pertinentys suis, plene et integraliter, prout ab antiquo ad eandem ecclesiam, dum adhuc parrochialis esset, spectare et pertinere consueverant, necnon cum offertorys et oblationibus ac alys eidem ecclesie ratione cure huiusmodi provenientibus, pro tempore auctoritate sua ordinaria Prelatis et Canonicis dicte ecclesie libere et plenarie imperpetuum donavit, commisit et appropriavit, necnon communi mense Capitulari pro sustentatione uberiori prelatorum et Canonicorum in ipsa ecclesia pro tempore existentium et divinis laudibus inibi insistentium ac pro huiusmodi divini cultus ornatu et augmento realiter et plenarie assignavit ipsosque de parrochia et cura ac bonis donatis et assignatis huiusmodi postmodum investivit ac eandem ecclesiam sive illius parrochiam pro predictis pre-

latis et Canonicis imperpetuum annexuit et incorporavit, prout in Instrumento publico iurium cunctorum necnon litteris auctenticis inde confectis, ipsius Iohannis Archiepiscopi sigillo munitis, que etiam in Cancellaria originaliter exhibita et sufficienter examinata fuere, plenius continetur. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, Venerabilis Iohannes, modernus Archiepiscopus Leopoliensis, prefati Iohannis Archiepiscopi defuncti in prefata ecclesia immediatus successor, ipsos: Decanum, prelatos ac Canonicos et Capitulum, postquam ipsi donationis, commissionis, appropriationis et assignationis vigorem possessione cure animarum parrochianorum et illius exercicy necnon aliorum donatorum et assignatorum huiusmodi per Duodecim Annos et ultra pacifice et quiete fuerant, possessione cure huiusmodi necnon fructibus parrochie dicte ecclesie de facto spoliaverit et propterea inter Iohannem Archiepiscopum ac Decanum, Canonicos et Capitulum predictos super spolio et administratione cure necnon fructibus parrochie huiusmodi et illorum occasione materia questionis exorta, Nos causam huiusmodi ad instantiam eorundem Decani et Capituli dilecto ecclesie filio Guillermo Hugonis, Archidiacono ecclesie Metensis, causarum Audientie nostre Iudici, audiendam comisimus et fine debito terminandam, qui etiam contra dictum modernum Archiepiscopum super attemptatis per eum contra quandam Inhibitionem in causa huiusmodi per dictum Iudicem contra ipsum modernum Archiepiscopum decretam quandam sententiam declaratoriam penarum, que quo ad ipsum Achiepiscopum nulla provocatione suspensa in rem transivit iudicatam, promulgavit ac alias in eadem causa ad aliquorum terminorum observationem citra tamen conclusionem inter partes ipsas dicitur processisse. Pro parte eorundem: Decani, Canonicorum et Capituli fuit nobis humiliter supplicatum, ut donationem, commissionem, appropriationem et assignationem necnon investituram, annexionem et incorporationem predictas . . . . . . . .[1]) etiam ex certa scientia approbare et confirmare de universalis ecclesie clementia dignaremur. Nos itaque statum cause huiusmodi presentibus pro sufficienter expresso necnon donationem, commissionem et assignationem, investituram, annexionem et incorporationem predictas ac alia in Instrumento et litteris predictis contenta rata et grata habentes, ea, sicuti iuste et rationabiliter processerunt, auctoritate universalis ecclesie ex certa scientia confirmamus et approbamus ac presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis, approbationis constitutionis vel infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et uni-

[1]) W oryginale wydrapany jeden wyraz.

versalis ecclesie se noverit incursurum. Datum Basilee Nonis Decembris *(5 Grudnia)* Anno a Nativitate domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio[1]).

A. de Lamgalys.

Oryginał na wielkim arkuszu pięknego pergaminu w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. XXVII, nr. 1) bardzo pięknie pisany i dobrze zachowany. Na sznurku z jedwabiu czerwonego zawieszona pieczęć olowiana z napisem po jednéj stronie:

Sacrosancta Generalis Sinodus Basiliensis.

Na odwrotnéj stronie pergaminu kilka napisów, z nich jeden:

Olssovi.

Confirmacio Sinodi basiliensis super molendinum et laneum retro idem molendinum post altum castrum leopoliensem de Anno 1443.

Drugi:

Synodus Basiliensis approbat Capitulo Leopoliensi proventus et donacionem Molendini Olchoviensis. Libro Privilegiorum Tomo I. Pag. 171, nro 45 ingrossatum 22. 7bris 1794.

## LXIX.

### Władysław Warneńczyk zapisuje Fyatkowi Jaremu z Mlodowa sto grzywien na wsi królewskiéj Kahujewie i oddaje mu wieś tę w zastaw.

### 1444.

Wladislaus Dei gracia Polonie, Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Rex Lithwanieque Princeps Suppremus et Heres Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis. Quomodo attendentes studiosa et assidua obsequia Nobilis Phyathko Iary de Mlodowo fidelis nostri dilecti, quibus Maiestati nostre in Inclito nostro Hungarie Regno multipliciter complacuit et adhuc expost prestancius complacere poterit in futurum, Horum et aliorum suorum pretextu meritorum volentes ipsum graciarum nostrarum prosequi favoribus, Sibi villam nostram Kawhuyewo[2]), in Terra Russie et Districtu Scziriczensi sittam, ad tempora vite sue et post vitam suam suis successoribus seu heredibus legittimis In et super villa prefata Centum Marcas comunis pecunie et numeri polonicalis consueti, Quadraginta octo grossos in quamlibet Marcam

[1]) Synod Bazylejski odbył swoje ostatnie generalne posiedzenie w Maju 1443 roku, potém zaczęli się powoli biskupi rozjeżdżać. Wspomniana wieś *Prusy* leży w powiecie Lwowskim. Na posiadanie młyna nazwanego *Olchowy* znachodzi się w arch. kapituły metr. lwowskiéj (Loc. XII, nr. 31) oryginalny przywiléj króla Kazimierza wydany we Lwowie 1469 feria 4. post Domin. Palmar. Do wzmiankowanego młyna należały dwie łąki Młyniszcze i Czaraczyńcze nazwane. Przywiléj ten oblatowany w aktach grodzkich lwowskich 1766 feria 6. post festum S. Francisci Confessoris. A. P.

[2]) *Kahujów* wieś w powiecie Rudki do r. k. kapituły lwowskiéj należąca.

computando, Inscribimus, Damus et Donamus per presentes, Cum omnibus et singulis eiusdem ville Curys alias Dworziska, utilitatibus, fructibus, Censibus, proventibus, redditibus, agris, pratis, Campis, pascuis, Silvis, Gays, Borris, Mellificys, Nemoribus, Mericis, Indaginibus, venacionibus, aucupacionibus, fluvys, piscinis, piscaturis, lacubus, aquis, aquarum decursibus, Molendinis et emolimentis Ceterisque attinencys, pertinencys et appendys universis ad prescriptam villam quomodolibet spectantibus et pertinentibus, quibuscumque nominibus seu vocabulis nuncupentur, per ipsum yari ad tempora vite sue extrema et suos successores ita et tamdiu quousque huiusmodi Centum Marce per nos aut successores nostros ipsis fuerint successoribus integraliter persolute, habendam, tenendam, utifruendam, pacifice et quiete possidendam. Post mortem cuius Iary et persolutionem totalem dictarum Centum Marcarum possessio ville prefate in toto ad nos redibit pleno Iure. Stacionibus nostris regalibus in omnibus semper salvis. Harum quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Hoc addimus, quod Staciones de ipsa villa nunquam alicui nostro Capitaneo dare debet, nisi pro nostro felici adventu easdem Staciones exsolvat et extradat. Datum Bude feria secunda ante festum sancti Iacobi proxima *(20 Lipca)* Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo quarto[1]).

W. Rex manu propria.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. 10. nr. 9.) Na pasku pergaminowym zawieszona na wosku czerwonym wyciśnięta pieczęć królewska mniejsza (Zob. Działyński Stat. litew. tabl. IV. nr. 3.). Na odwrotnéj stronie pergaminu napis:

Hanc literam exemimus Anno domini MCCCCLXV.

## LXX.

**Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że według zapisu w księgach sądu ziemskiego lwowskiego z czasów urzędowania sędziego Jana z Zimnejwody i podsędka Ścibora z Wiszni Dymitr ze Szpiklos zapewnił Dominikanom lwowskim dwanaście kóp groszy z każdego spustu stawu urmańskiego a cztery kopy ze spustu stawu remizowskiego, obowiązując ich do odprawienia mszy św. przed oltarzem św. Krzyża.**

**1445.**

Nos Petrus de Brancze Iudex et Iohannes de Vyssokye Subiudex terrestres Le-

[1]) Przywiléj ten odznacza się przez to, że ma podpis własnoręczny króla, rzecz zupełnie w owym czasie nie-

opolienses generales Significamus tenore presencium omnibus, quibus expedit tam presentibus quam futuris, presencium (quam futuris presencium)[1]] noticiam habituris. Quomodo veniens personaliter ad presenciam Generosorum dominorum Iohannis de Zymnavoda[2]) Iudicis et Stibory de Wysznya Subiudicis terrestrium leopoliensium, predecessorum nostrorum hoc idem clare invenimus in actis ipsorum. Quomodo veniens personaliter Nobilis et Strennus Dymytr de Spyklossy[3]) non compulsus non coactus neque aliquo errore devio seductus, sanus et compos racionis ac mentis existens, suorum amicorum salubri fretus consilio, zelo devocionis accensus, considerans Generosum dominum Hryczkonem Kyerdeyovycz patrem et matrem ipsius parentes aliosque amicos eius in Ecclesia Religiosorum fratrum predicatorum ordinis Corporis Christi in leopoli degencium esse tumulatos, et solus una consorte et legittimis successoribus suis, domino deo permittente super eum mortem, cupit tumulari et iacere Ecclesia in eadem, Ideo pro missa legenda super altare sancte Crucis monastery et Ecclesie eiusdem, Circa quod altare prefati sui parentes mortui sunt sepulti, dedit, donavit et inscripsit testamentaliter Racione pure elemosine propter deum perpetue et in evum ipsi Monasterio Duodecim Sexagenas comunis pecunie, monete et numeri polonici consueti Super qualibet demissione piscine ville Horman[4]), Et quatuor Sexagenas, ecciam monete et numeri supra expressorum, super qualibet demissione piscine dicte Rzemyaszowszky[5]) ecciam perpetuis temporibus duraturum, pro anima parentum suorum prefatorum defunctorum Et pro anima propria et uxoris sue ac legittimorum successorum et amicorum, promittens et presentibus obligans se, ipsum testamentum perpetue et in evum inconfracte et inviolabiliter tenere et observare sine quavis lesione, ad id ecciam suos proprios successores obligans tenere et proximiores, Impedimento et contradiccione quibusvis cessantibus. Super quo memoriale positum est, per Iudicium vero receptum. In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt sub appensa. Actum et datum in terminis particularibus feria sexta in vigilia sancte Barbare *(3 Grudnia)* leopoli celebratis. Anno domini Millesimo

---

zwyczajną. Czy podpis ten jest podrobiony czy też prawdziwy, trudno rozstrzygnąć nie mając żadnego podpisu Warneńczyka, z którymby niniejszy porównać można.

[1]) Wyrazy objęte nawiasem, którego w oryginale nie ma, przez omyłkę pisarz dyplomu powtórzył.

[2]) *Zimnawoda* wieś w powiecie lwowskim.

[3]) *Szpikłosy* wieś w powiecie złoczowskim.

[4]) *Horman* dzisiaj Urmań wieś w powiecie brzeżańskim,

[5]) *Rzemiaszowce*, jest to, jak późniejsze akta klasztoru dominikańskiego świadczą, teraźniejsza wieś Remizowce w powiecie złoczowskim, leżąca u zlewku poników Złotéj Lipy koło Szpikłos. Porównaj dodatek do Gaz. Lwowsk. 1858, str. 84.

quadringentesimo quadragesimo quinto[1]), presentibus ibidem Illustribus, Generosis et Nobilibus dominis Michaele duce Olschanszky, Nicolao de Golegori[2]) Subdapifero leopoliensi, Nicolao de Romanow[3]), Bystram de lopyennyk[4]) Iudice Castri leopoliensis, Iaczymyrszky, Dymytr Spyklosszky, Bartholomeo alias Pyrka de Dolynyany[5]), Nicolao de Grzanda[6]) Camerarys, Iohanne Vysszoczszky Burgrabio Castri leopoliensis Et alys ad premissa testibus.

Oryginał na pergaminie w bibl. OO. Dominikanów lwowskich, na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęcie, które zaginęły. Na odwrotnéj stronie pergaminu napis o wiele późniejszy: tenet has piscinas Magnificus Dominus Brzezanski.

Dokument ten był poprzednio poprawnie drukowany przez Fr. Wolańskiego w Dod. do Gaz. Lwowsk. 1858 nr. 16 i 18.

## LXXI.

**Jan Gołąmbek z Zimnejwody sędzia i Ścibor z Wiszni podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Piotr Odrowąż ze Sprowy, wojewoda i starosta jeneralny ruski, sprzedał za trzysta grzywien zwykłéj monety młyn położony we Lwowie przed bramą halicką młynarzowi Hannus zwanemu.**

**1446.**

Nos Iohannes Golambek de Zymnawoda Iudex et Stiborius de Vysnya Subiudex Terre Leopoliensis generales Significamus tenore presencium quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, ad quoscunque presens scriptum pervenerit. Quomodo ad nostram et ceterorum dominorum infra scriptorum, nobiscum Iudicio Terrestri residencium, presenciam Veniens personaliter Magnificus dominus Petrus Odrowansch de Sprowa, palatinus et Capitaneus Terre Russie generalis, Recognovit de sua libera ac spontanea voluntate, Quia provido Hannus molendinatori et eius successoribus legittimis vendidit et Resignavit perpetue et in evum Molendinum olim Closz molendinatoris Regalis, penes muros Civitatis leopoliensis eundo versus Halycz, pro tricentis marcis comunis pecunie, Monethe

[1]) W r. 1445 nie był Piotr z Branie sędzią, ani Jan z Wysokiego podsędkiem lwowskim, byli nimi wtedy Jan z Zimnejwody i Ścibor z Wiszni. Porównaj adnotacyą dołączoną do dokumentu Nr. LX.

[2]) Gołogóry w powiecie złoczowskim miasteczko Dominikanów podkamienieckich.

[3]) Romanów wieś w powiecie bobreckim.

[4]) Są wprawdzie w kraju wsie *Łopienkami* zwane, Łopiennik jednak nie znachodzimy.

[5]) *Dolinian* jest dwoje, jedne w grodeckim, drugie w rohatyńskim powiecie.

[6]) *Grzęda* wieś w powiecie lwowskim.

et Numeri polonici consueti, quadraginta et octo grossos in quamlibet marcam computando, Cum omni Iure, dominio, proprietate, utilitatibus, Reditibus, Censibus et ipsius molendini mensuris vel emolimentis, agris, ortis, ceterisque proventibus et obvencionibus universis, quocunque nomine seu vocabulo censeantur, ad longitudinem et latitudinem, Nichil sibi ipsi, nec suis successoribus legittimis perpetuis temporibus Iuris, proprietatis seu dominy reservando, sed cum totali ac plenario Iure, Iuxta privilegium Capitale hereditarium Et Iuxta litteram empcionis ipsius domini Petri palatini, prout dictum molendinum emit aput providum Mathiam filium Closz molendinatoris olim bone memorie, per ipsum Hannus molendinatorem et eius successeres legittimos tenendum, habendum, possidendum, utifruendum, commutandum, alienandum, vendendum, donandum et ad suos usus beneplacitos convertendum Iuxta beneplacitum voluntatis sue et successorum suorum, modo perpetuo. In quibus Bonis molendini prefati dictus dominus Petrus palatinus Ipsum Hannus molendinatorem et eius successores legittimos debet tueri et defensare ab omni persona Iuxta consuetudinem terrestrem. Recognovit eciam prefatus dominus Petrus palatinus, quia sibi per ipsum Hannus molendinatorem pro dicto Molendino sibi vendito plenaria solucio facta est Tricentarum marcarum. Super quo Hannus molendinator posuit memoriale. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et Datum leopoli feria sexta proxima post festum sancte lucie (*16 Grudnia*) Anno domini Millesimo CCCC. quadragesimo sexto. Presentibus Magnificis et Generosis dominis Nicolao parawa de lubyn Capitaneo haliciensi, Nicolao de Gologori Subdapifero, Nicolao Clus de Vysnyani Subpincerna leopoliensibus, Iohanne Nyeswogewski de lissinicze, Vincencio Chochlowski, petro Wnuczkone de Cuthna alias de Pyanthnyczani Et alys fide dignis circa premissa testibus.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. XV, nr. 4.), dwie pieczęcie woskowe zawieszone na paskach pergaminowych, pierwsza sędziego przedstawia odcisk herbu Gryf, druga podsędka odcisk herbu Jastrzębiec. Na odwrotnéj stronie pergaminu współczesny napis:

Resignacio Molendini ante portam haliciensem in Tricentis marcis per Magnificum dominum petrum odrowanz facta hannus molendinatori.

1446.

# LXXII.

**Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że w księgach ziemskich lwowskich z czasów urzędowania Jana Gołąmbka z Zimnejwody sędziego i Ścibora z Wiszni podsędka znajduje się zapis Jana Dawidowskiego, mocą którego tenże zastawia staw w Dawidowie zwany Wolczkowski Maciejowi Mańkowi ze Lwowa za summę szesnastu grzywien zwykłéj monety.**

**1447.**

Nos Petrus de Brancze Iudex et Iohannes de Wyssokye Subiudex terrestres Leopolienses generales Significamus tenore presencium quibus expedit generaliter universis presentibus quam futuris presencium noticiam habituris Hecque scripta inspecturis, que in libro terrestri leopoliensi antecessorum nostrorum invenimus. Quomodo olim Generosis Dominis Iohanne Golambek de Zymnauoda Iudice et Stiborio de Vischnya Subiudice terrestribus leopoliensibus, adhuc in humanis agentibus et existentibus, extunc ad presenciam illorum et aliorum ipsorum assessorum veniens personaliter Nobilis Iohannes de Dauidow[1]) recognovit de sua libera ac spontanea voluntate, quia famoso Mathie Manyek Balneatori leopoliensi piscinam dictam Wolczkowsky ante valvam dicti Maynkonis in Dauidow obligavit in Sedecim marcis monete currentis usque ad proximum Nativitatis festum domini cum omni Iure, dominio, utilitatibus, usufructibus ad ipsius piscine logitudinem et latitudinem et potens est in eadem piscina libere piscari quocunque modo sibi placuerit usque ad plenariam solucionem dictarum Sedecim marcarum. Et dum sibi Mathie Maynkony pecunia fuerit soluta per ipsum Iohannem, extunc sibi condescendere debebit dictam piscinam. Si autem predictam piscinam ipse Iohannes non exemerit, tunc iterum Mathias Manyek eandem piscinam tenere debet a Nativitate domini ad Nativitatem domini per annorum revoluciones iuxta consuetudinem terrestrem. Et ipsam Piscinam Mathias Manyek potens est demittere quando vult et quando sibi placebit. Et dum demittat, tunc ipsam Iohanni Dauidowsky ita in pleno restituere et condescendere tenebitur. Ad quam piscinam iam sibi dedit intromissionem. Et Generosa domina Heduigis stans personaliter, ut si ista essent super dotalicio alias wyenye, admittit predictam vendicionem. In quaquidem

[1]) Dawidów wieś w powiecie lwowskim do OO. Dominikanów lwowskich należąca.

vendicione dicte piscine dictus Iohannes Dauidowsky ipsum Maynkonem obligatus est tueri ac defensare ab omni persona sexus utriusque iuxta consuetudinem terrestrem. Super quo Mathias Manyek dedit memoriale. In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et Datum Leopoli feria sexta in vigilia sancti Iohannis Baptiste *(23 Czerwca)* Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo [1]), presentibus ibidem Nobilibus dominis Iohanne Otha de Przeperow Voyevoda in castro Olesko, Martino de Lubanovicze, Paulo et Olechno fratribus de Borschow, Iohanne Cunath Et alys fidedignis circa premissa.

Oryginał na pergaminie w bibl. OO. Dominikanów lwowskich. Na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęcie, które obie zaginęły. Dokument ten poprzednio był drukowany z kilku drobnemi niedokładnościami w Dod. do Gaz. Lwowsk. 1858, nr. 15.

## LXXIII.

### Fiederko i Fiedko, właściciele wsi Malczyce, przenoszą tę wieś na prawo niemieckie, poruczają powtórne jéj osiedlenie na tém prawie Jakubowi i Stanisławowi de Zolecz Orzechowskim i nadają im w téj wsi wójtowstwo dziedziczne.
### 1447.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ex quo inter humane nature comoda memoria humana sit caduca et labilis, quod gesta hominum nequit memorari, pro eo artificiale aquisivit sibi remedium, ut actus et gesta hominum litterarum apicibus et testium annotacione perhennentur, ne cum lapsu temporis simul evanescant. Proinde nos fyederko et fyedko filius *(sic)* olim nobilis vaschkonis, heredes de Malczicze [2]), significamus tenore presencium quibus expedit, generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, ad quoscumque presens scriptum fuerit devolutum. Quomodo cupientes melioracionem Bonorum nostrorum in Malczicze, in districtu Leopoliensi, sitorum, fieri et haberi, ut exinde Incole et Inhabitatores ipsorum Bonorum, qui pro tempore sunt et imposterum erunt, uberiora se senciant recepisse incrementa, non compulsi nec coacti neque aliquo errore devio seducti, matura deliberacione prehabita, ac amicorum nostrorum salubri

[1]) W r. 1447 nie był Piotr z Branie sędzią ani Jan z Wysokiego podsędkiem lwowskim, urzęda te piastowali wtedy Jan Golambek z Zimnejwody i Ścibor z Wiszni. Zobacz o tym i podobnych dokumentach adnotacyą dołączoną do dokumentu Nr. LX.

[2]) Malczyce wieś w powiecie Grodeckim.

freti consilio, vendidimus et tenore presencium vendimus ac resignamus Nobilibus dominis Iacobo et Stanislao, heredibus de Zolecz alias Orzechowskym, ac ipsorum legittimis successoribus pro Centum et quadraginta marcis comunis pecunie, monete et numeri polonici consueti, quadraginta et octo grossos in quamlibet marcam computando, Sculteciam nostram in villa nostra Malczicze perpetue et in evum, Incipiendo a piscina Georgy magna in Malczicze ex una parte, a Gurgite Glambokye, vulgariter od glambokyego pothoku, et ex alia parte a Gurgite lopuschna dicto Istasz[1]), omnes laneos, qui sunt vel erunt, usque ad Granicies Dzuschycze[2]) ville, que sunt pro tempore declivitate fluvy Wrzessycza, vulgariter nadol rzeka Wrzessycza, ex utraque parte eiusdem fluvy et in isto primo et principaliter, damus, inscribimus atque incorporamus Sculteto eiusdem Scultecie dimidium tercium laneum liberum, et cum istis omnibus excrescenciis, vulgariter Obschary, et pratis, quecumque sunt penes vel circa eosdem laneos, et eciam cum omnibus excrescencys et pratis, quecumque sunt ex alia parte ville Malczicze, sicut piscinula alias Stawek est korzecznyk, et alias ubicumque predicte excrescencie, vulgariter obschari, et prata sunt vel parari possunt, in toto sunt Sculteti. Item nos heredes excipimus pro nobis et nostris posteris agrum istum, Incipiendo a molendini agris usque ad agrum seu laneos karschnycz kmethonis sic nuncupati. Item omnia prata, quecumque sunt vel parari possunt, debent esse nostra heredum, per medium cum Sculteto, excipiendo dumtaxat prata, que sunt inter laneos nostros, heredum et kmethonum, ad ista Scultetus nichil habere debet. Item Sculteto et omnibus Incolis, seu inhabitatoribus omnia pascua sunt libera per mericas, silvas et campos Equis, Bobus, pecudibus, peccoribus et omnibus Iumentis et animalibus, cuiuscumque generis et speciey extiterint, ita longe et late, prout Granicie dicte ville Malczicze se extendunt, Et similiter omnia genera lignorum in dictis mericis et silvis dicte ville Malczicze sunt Sculteto et omnibus Incolis inibidem habitantibus libera, videlicet tam robora pro edificacione, quam eciam pro cremacione atque vendicione, scindendi ac educendi, absque quovis nostro heredum impedimento et contradiccione, perpetuis temporibus. Item eciam in dictis mericis, Silvis et Campis Sculteto et ipsius successoribus legittimis damus posse et facultatem venandi, aucupandi, tam cum Canibus, Rethibus, quam Accipitris, nisis, cunctisque avibus, omnia genera ferarum, animalium cuiuscunque generis et speciey existant, quam eciam omnia genera avium, cuiuscunque speciey extiterint, aucupandi intra Granicies dicte

---

1) *Istosz* wyraz slowieńskoruskł, *istocz*, *istocznik* źródło. *A. P.*
2) *Dzuschycze* dzisiaj Zuszyce wieś w powiecie Grodeckim, często w dyplomataryuszu tym wymieniana.

ville Malczicze. Item eciam Sculteto omnia pascua in prefatis mericis, Campis et Silvis, dum ipsum Scultetum casu se offerente contingeret cum socio seu alys quibuscunque personis emere Boves, vaccas et cetera iumenta mercatorum, vulgariter kupyeczky, quantumcunque habere de ipsis Bobus, vaccis et ceteris iumentis poterit cum socio seu socys pascere libere possunt, absque nostro quovis heredum et nostrorum successorum impedimento. Item quicumque aliqui homines inpreciaverint gramina seu pascua Bobus, vaccis et ceteris iumentis, vulgariter wgon seu szyr, in dictis mericis, silvis, campis et alibi ex tunc nobis heredibus de isto due partes, Sculteto vero tercia pars debet venire, et similiter omnes utilitates, quocumque modo de dictis mericis et silvis provenerint, nobis heredibus due partes et tercia Sculteto provenire debet. Damus eciam et ascribimus sibi Sculteto et ipsius legittimis successoribus terciam mensuram cuiuslibet grani et emolimentorum demolendino *(sic)* nostro, super magna piscina nostra, super fluvio wrzessycza, et similiter terciam partem demortarys (*sic*), vulgariter Stampi, et terciam partem eiusdem magne piscine molendini et ipsius demissione, vulgariter spustu, sibi Sculteto cum eius posteris perpetuis temporibus damus et ascribimus. In qua eciam piscina Scultetus libertatem habet piscari rethi magno vel parwo, seu quovis modo, ad suam utilitatem. Item aliud molendinum, quod est seu erit super piscinula, dicta korzecznyk, debet esse per medium nobis heredibus cum Sculteto. Supra qua molendina nullum aliud debet esse molendinum, sin autem fuerit, ex tunc cum Sculteto erit per medium. Et eadem piscinula korzecznyk est intoto Sculteti, et cum ipsius demissione alias Spust, dumcumque sibi Sculteto placuerit, potest demittere alias Spusczycz; piscina vero superior super eodem defluxu, vulgariter pothoczku korzecznyk, nostrorum heredum debet esse in toto. Ceterum fluvius Wrzessycza, qui est ex opposito istis, videlicet dimidio tercio laneo Sculteti, ita longe et late, prout predictum dimidium tercium laneum se extendunt, (*sic*) in eodem fluvio Sculteto et ipsius posteris damus libere piscari, quo cumque modo sibi placuerit. Et eundem prefatum fluvium, qui est ex opposito eorundem dimidy tercy lanei Sculteti et ipsius fluvii inundacionibus, alias w szloymi, que sunt seu erunt, Sculteto damus et incorporamus cum ipsius legittimis posteris perpetue et in evum. In quo fluvio nullus alter debebit piscari absque Sculteti voluntate. Item in superficie, vulgariter nawyrzch, istius fluvy Wrzessycza et in eius diffusionibus, alias w szloyoch, usque adpiscinam (*sic*) magnam molendini, si et inquantum (*sic*) nos heredes aliquas habuerimus utilitates ex tunc istorum omnium terciam partem Sculteto et Scultetus similiter libere habet piscari in superficie eiusdem fluvy Wrzessycza, et eciam in fluvio

predicto, quocumque poterit modo, et in ipsius fluvy Wrzessycza diffusionibus, vulgariter w zesloyoch. Item Thaberna debet esse nostra per medium cum Sculteto et cum penis Thabernatorum et molendinatorum. De molendinatore vero pena nobis heredibus due partes et Sculteto tercia pars, depenis *(sic)* vero Thabernatorum per medium. Et nos heredes pariter cum Sculteto Thabernatorem et molendinatorem debebimus iudicare et eos concordare. Et similiter nos cum Sculteto pariter apreciare debebimns Thabernam. Item nulla alia Thaberna supra istam esse debebit, nec nostra neque Sculteti. Ceterum in molendino unum seraculum debebit esse nostrum, et aliud Sculteti, et nullus absque alio dimensurare debebit. Item nos heredes ad reformacionem quamlibet piscine magne et molendini ibidem in malczicze duos grossos, Scultetus vero tercium, dare et apponere debebimus. Item damus et inscribimus perpetuis temporibus Ecclesie polonicali unum laneum liberum. Item pro expulsione Gregis, vulgariter Skothny, ex una parte ville medium laneum, et ex alia parte alium medium laneum. Item volumus, ut quilibet Kmetho de quolibet laneo per mediam sexagenam monethe comunis, currentis et numeri polonici, duos Gallos, duodecim owa, truncum avene, duos Caseos, medietatem vero istius Census ad festum sancti Iohannis Baptiste, et aliam medietatem ad festum sancti Martini solvere sint astricti. De quo Censu Sculteto et eius legittimis posteris perpetue et in evum debet venire sextus grossus, sextus Gallus, sextum ovum, sextus Truncus avene, sextus Caseus. Quem Censum Scultetus debebit et tenebitur exeligere et, recepta sua parte, nobis heredibus nostram reportare debebit partem. Quem Scultetum libere possumus pignorare in eodem nostro censu, dumcumque ipsum a Kmethonibus non exeligeret et nobis eundem non reportaret ad prescripta tempora. Et Scultetus similiter potens est Kmethones pignorare, quandocumque sibi eundem Censum nostrum et suum non solverint, seu alios quoscumque Sculteti proventus, vulgariter podathkow. Item quilibet kmetho de quolibet laneo nobis heredibus singulis annis perpetuis temporibus per tredecim dies et Sculteto per unum diem laborare sint astricti et debebunt, quemcumque laborem nos heredes seu Scultetus eis laborare fecerimus. Demediis *(sic)* vero laneis duo kmethones aredando se, vulgariter Sprzagwschy sye, per unam diem Sculteto tenebuntur laborare, quemcumque eis laborem faciat laborare. Pro quibus laboribus, si et in quantum nobis heredibus dicti kmethones ipsos non laborarent dies seu negligerent laborare, extunc nos heredes ipsos kmethones in nostris neglectis laboribus possumus libere pignorare, vulgariter dzeczkowacz, et similiter Scultetus eosdem kmethones pro suis laboribus et proventibus alys, vulgariter wpodathkoch,

potest libere pignorare. Item omnes et singuli kmethones debent et tenentur iuvare adviolenciam *(sic)* aque eiusdem nostre magne piscine, quum si, quod absit, rumperetur seu rumpere inciperet, videlicet rubeto, terra et fimo ad retencionem aque tociens quociens oportunitas fuerit. Item Sculteto de omni re iudicata, tam magna quam parwa, tercius denarius debet venire. Item de Cunycza tercium grossum, de concordacione, alias Smyrnego, tercium grossum, item de divorcionalibus, alias rospustu, tercium grossum habere debet. Item Sculteto de desertis laneis, alias Skopczysny, sexta Cassula venire debet. Item in toto expedicio, vulgariter vyrzand, debet esse nostra heredum, et Scultetus ipsam debet facere, congregare et dare. Item omnibus hominibus advenientibus damus libertatem quindecim annos super merica, in azymo autem, vulgariter naprzasnem, octo annos, qua libertate elapsa quilibet kmetho Census et alias soluciones solvere tenebitur, sicut ceteri kmethones solvunt. Item Sculteto et eius posteris damus omnes artifices, videlicet fabros, pistores, sartores, sutores, carnifices et alios omnes et singulos artifices, item omnes ortulanos, ad quos nos heredes nichil habere debemus. Eciam Scultetus et eius legittimi posteri pro nutu suo habet libertatem vicescultetum tenere et habere absque quavis nostra contradiccione. Item dictus Scultetus et ipsius legittimi successores habent potestatem et libertatem omnia Iudicia Iuris Maydeburgensis Theuthunicalis iudicandi, sentenciandi et corrigendi omnes Incolas et inhabitatores aliasque quascumque personas pro omnibus causis, tam magnis, quam eciam parvis, et eorum articulis, prout Ius theuthunicale maydburgense in omnibus suis capitulis, clausulis, articulis vult et requirit, ita quod dicti omnes et singuli Incole pretacti non coram alio debent respondere, nisi coram eorum Sculteto omnibus de se querulantibus pro omnibus causis non alio Iure, nisi suo Theuthunico Maydburgensi. Scultetus vero nobis et alys quibuscumque personis, tam proprys inhabitatoribus, quam extraneis, vulgariter opczym, dum per ipsos fuerit citatus littera Cittatoria Sigillata nostra, non coram alio respondere debebit, nisi coram residencia septem Scultetorum Iuratorum in dicta hereditate Malczycze Iure suo Theuthunicali Maydburgensi ad omnia sibi obiecta. Et Scultetus debebit congregare dictos Scultetos septem contra se. Dum vero nos heredes cum ipso Sculteto postulaverimus Ius, extunc nos heredes eosdem Scultetos septem Iuratos congregare debebimus et ipsum Scultetum pro nostris causis prefati septem Sculteti Iurati Iudicare debebunt Iuxta formam Iuris theuthunicalis maydburgensis. Item eciam Scultetus debebit Iudicare omnia Iudicia, quecumque exiverint de suo Iure Theuthunicali maydburgensi, de quibus Iudicys et ipsorum qualibet pena Sculteto tercius denarius,

nobis vero heredibus duos volumus provenire. Quemquidem Scultetum et ipsius legittimos successores obligamur tueri et defensare in eadem Scultecia ab omni persona sexus utriusque Iuxta consuetudinem terrestrem. Quamquidem Sculteciam prefatam ipsis Iacobo et Stanislao ac eorum successoribus legittimis vendidimus atque resignavimus perpetuis temporibus et in evum, cum omni Iure, dominio, proprietate, utilitatibus, reditibus, censibus, usufructibus cunctisque proventibus, et generaliter cum omnibus et singulis ac coherencys universis, quocumque nomine seu vocabulo censeantur, nichil penitus nobis nec nostris successoribus legittimis excipiendo, prout dicta Scultecia ad ipsius longitudinem et latitudinem in suis metis, graniciis atque scopulis iacet et est circumferencialiter distincta et limitata, per ipsos Iacobum et Stanislaum et eorum legittimos successores tenendam, habendam, possidendam, utifruendam, comutandam, alienandam, vendendam, donandam et ad ipsorum usus beneplacitos ac eorum successorum convertendam, prout eis ac ipsorum successoribus melius et utilius videbitur expedire. Pro servicio vero prefatus Scultetus et ipsius successores legittimi ad quamlibet expedicionem generalem, quando omnes Terrigene movebuntur, nobis et nostris successoribus legittimis, qui pro tempore erunt, unum Balistarium cum Balista seu arcu super uno dumtaxat equo valoris trium marcarum in nostrorum heredum ac nostrorum successorum expensis destinare tenebitur. Qui equus, si supervixerit, extunc Sculteto viceversa in domum eius statim cum balistario eodem et residuis expensis debet reverti. Sed nichilominus Scultetus seu ipsius posteri nobis et nostris posteris pro subsidio huiusmodi expensarum ad expedicionem belli dare debebit ad currum unam pernam lardi, valentem sedecim grossos magnos et mediam capcciam caseorum, quilibet caseus valoris quatuor denariorum, ac medium truncum farine. Ideo iam finaliter nullus hominum huiusmodi nostram vendicionem ac resignacionem debebit impedire, sed eam inviolabiliter in omnibns suis punctis et articulis tenere et observare, ipsis Iacobo et Stanislao et ipsorum posteris legittimis perpetue et in evum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt sub appensa. Actum et datum in Leopoli Sabbato proximo post festum sancte Margarethe (*15 Lipca*) Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo. Presentibus Generosis ac nobilibus, providisque viris dominis Iohanne Golambek de Zymnawoda Iudice terrestri leopoliensi, Stiborio de Wysnya Subiudice, Iohanne in Zubrza, Wlodkone in Byelka, Olechnone in Czeremeschna, Nycz in thri Brodi, Georgio in Malczicze heredibus, Nicolao Zyndrich, Clemente Cadyn, Michaele Byelyk, Nicolao Albasz consulibus leopoliensibus, et aliis fidedignis circa premissa testibus.

Dokument oryginalny na pergaminie w arch. arcyb. metrop. lwowsk. obrz. łac. (Nr. XII) dobrze zachowany, bardzo drobném ale czytelném pismem pisany. Zawieszone były dwie pieczęcie oderwane, pozostały tylko po nich sznury jedwabne koloru białego i fioletowego.

Dokument ten według kopii z wieku XVII z licznemi mylkami drukował Al. hr. Stadnicki: Ziemia lwowska etc. str. 91—98.

# LXXIV.

## Kazimierz Jagiellończyk przenosi wieś Zuszyce na prawo niemieckie, porucza jéj nowe osiedlenie na tém prawie Piotrowi Dzikowi i nadaje mu w niéj wójtostwo dziedziczne. 1448.

**In nomine domini Amen.** Nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie nec non Terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie etc. Magnus Dux Lithwanie, Pomeranie, Russieque dominus et heres etc. Ad perpetuam rei memoriam. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris. Quomodo volentes villam Nostram Dzuschycze in Terris Russie et districtu Grodetzensi sittam, que dudum locata, usque in hactenus plenarie presencia hominum non existit inhabitata per hominum presenciam in toto collocare Nobili Petro Dzyk de Wyewtze dicte ville Nostre Dschuschitze[1]) Thenutario, eandem villam per hominum presenciam, eciam et in nova Radice et in plano, prout ex antiquo ipsa villa est errecta, collocare concessimus. Racione cuius locacionis attentis eiusdem Petri Dzyk fidelibus obsequys, quibus Serenissimis principibus Dominis celebris memorie Wladislao Genitori et Wladislao Germano Regibus et predecessoribus Nostris carissimis fideliter complacuit et adhuc complacere poterit Nobis prestancius in futurum sibi et suis successoribus legittimis in predicta villa Dschuschitze Tres laneos liberos, quos sibi in ipsa villa ellegerit *(sic)* meliores et sextum denarium omnium censuum et tercium cuiuslibet rei iudicate ac penarum racione scultecie, quam ibidem habebit, damus, donamus et largimur tenore presencium mediante, cum Residuitatibus agrorum alias happschari piscinam superiorem in fluvio Brzeschitza et molendinum in eadem, Thabernam, ortulanos, sutorem et carnificem et inter magnum campum et Dschuschycze silvam parvam ad exscindendam pro pratis, que omnia ad prefatam sculteciam eciam adiungimus per presentes, per ipsum Petrum Dzyk et suos legittimos successores tenenda, habenda, et perpetuis temporibus possidenda necnon

[1]) Porównaj nr. L, LXIII i LXIV.

danda, vendenda, obliganda, alienanda et in suos beneplacitos usus convertenda, prout sibi et suis posteris videbitur melius expedire. Pretextu cuius Scultecie ipse Petrus et sui posteri uno sagittario in uno equo ad quamlibet Regni Nostri expedicionem Nobis et Nostris successoribus obsequi tenebuntur. Ut autem villa predicta eo cicius valeat collocari, omnibus Kmethonibus, Thabernatoribus ac Incolis ville predicte ab omnium censuum, stacionum, laborum et quarumlibet exaccionum, eis qui in nova radice ad duodecim, et qui in plano ad sex annos locati fuerint a die date presencium plenam ac omnimodam concedimus libertatem. Quibus annis elapsis, quilibet Cmetho de uno laneo Nobis et Nostris successoribus singulis annis pro festo Sancti Martini per mediam marcam et quatuor pullos pro festo Assumpcionis Beate Marie virginis et viginti owa pro festo Solempnis Pasche et per unam Avene tunam ad festum Nativitatis Christi solvere sit astrictus. De quibus utilitatibus prenotatis ipse Petrus ac sui posteri eciam sextam partem perpetuo habebunt pacifice et quiete. Quamquidem villam sic locandam de iure polonico ac Rutenico in Ius theutunicum, quod Sredense dicitur, transferimus perpetuo duraturum, removentes exinde omnia iura polonicalia et Ruthenicalia, modos ac consuetudines universas, que ipsum Ius Theutunicum plerumque consueverunt perturbare. Eximimus insuper et perpetuo liberamus incolas dicte ville ab omnium palatinorum, Castellanorum, Succamerariorum, Capitaneorum, Iudicum et Subiudicum Regni Nostri necnon officialium et ministerialium eorundem iurisdiccione et potestate, ut coram ipsis cittati pro causis quibuscunque respondere neque racione contumacie aliquas poenas solvere minime sint astricti. Sed dicti incole coram suo sculteto, scultetus vero coram Nobis aut Iudicio Nostro generali, dum per litteram Sigillo Nostro munitam et hoc si in reddenda Iusticia negligens fuerit et remissus, cittatus, tunc omnibus de se querulantibus non aliter quam suo Iure theutunico respondebit. Cui sculteto infra limites dicte ville omnes causas tam magnas quam perwas *(sic)* necnon super homicidys, furtis, membrorum mutilacionibus et quibusvis alys enormibus excessibus plenam sentenciandi, puniendi, diffiniendi, plectendi et eciam criminales ac Capitales causas iudicandi concedimus facultatem, prout hoc ipsum Ius theutunicum in omnibus suis punctis, condicionibus, sentenciis, clausulis et articulis postulat ac requirit. Cmethones autem ville prefate quatuordecim dies in anno uno labores laborare sint astricti, stacionibus et fumalibus Nostris per omnia salvis. Harum quibus Sigillum Nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum in villa Cosslow[1]) feria sexta in vigilia sancti Bartholomei

[1]) Kozłow wieś w powiecie Brzeżańskim. Wsie Kozłow, Taurow i Grodzisko (dziś Horodyszcze) jeszcze w r.

*(23 Sierpnia)* Anno domini millesimo Quadringentesimo XLVIII. Presentibus ibidem Magnificis, Generosis et Strenuis Dobrogostio de Ostrorog Castellano Kamyeneczensi, Iohanne Curopathwa de Laczuchow lublinensi, Wolczko de Clodnyo leopoliensi Succamerarys, Creslao Woyschik de Woycza, Iohanne et Iacobo de Cobilany familiaribus Nostris ac alys fidedignis circa premissa. Datum per manus Magnificorum Iohannis de Conyeczpole Cancellarii et Petri de Sczekocin Vicecancellarii Regni Polonie, sincere nobis dilectorum.

Ad Relacionem eiusdem Magnifici Petri de Sczekocin Regni Polonie Vicecancellarii.

Dokument oryginalny na pergaminie w arch. arcyb. metrop. lwowsk. obrz. łac. (nr. XIII) dobrze zachowany i czytelnie pisany, z pieczęcią zawieszoną na sznurach jedwabnych białych, czerwonych i czarnych. Pieczęć uszkodzona z orłem i pogonią z napisem w obwodzie:
Kazimirus dei gracia Rex Polonie et cetera
Na odwrotnéj stronie pergaminu kilka napisów późniejszych.

## LXXV.

### Jan Gołąmbek z Zimnejwody sędzia i Ścibor z Wiszni podsędek ziemscy lwowscy poświadczają dział dóbr, który stanął między Fiederkiem i synowcem jego Fiedkiem dziedzicami z Malczyc. 1451.

Nos Iohannes Golambek de Zymnawoda Iudex et Stiborius de Vyschnya Subiudex terre leopoliensis generales Significamus tenore presencium quibus expedit generaliter universis presencium noticiam habituris. Quomodo ad nostri et aliorum dominorum infrascriptorum nobiscum Iudicio terrestri residencium presenciam venientes personaliter nobiles fyederko cum fyedkone suo filiastro, alias Synowczem, filio Raschkonis felicis memorie de Malczicze[1]), non compulsi, nec coacti, neque aliquo errore devio seducti, Recognoverunt, quia inter se fecerunt perpetuam Bonorum suorum in Malczicze divisionem, taliter videlicet quia fyedko ibidem in Malczicze debet habere tres partes Bonorum perpetue in divisione videlicet in kmethonibus et in piscina, que est inferius piscina Iurgi et in ipsius piscine demissione, et eciam in molendino tres

1468 były własnością królewską, jak to poświadcza przywiléj króla Kazimierza w tymże roku wydany Cracovie fer. III infra octavas Ascencionis. Oblatowany Acta castr. Leopol. tom 394, str. 1051-1053. Zobacz nr. CXII niniejszego zbioru. *A. P.*

[1]) Malczyce wieś w powiecie Grodeckim. Porównaj nr. LXXIII do téj samej majętności się odnoszący.

partes emolimentorum, et in thaberna similiter tres partes, et eciam pratorum, silvarum, mericarum et aliorum proventuum et obvencionum universorum, quocunque nomine seu vocabulo censeantur, quidquidem ad dictas tres partes spectat et pertinet tres partes fyedko debet habere, Ita quod fyedko debet tenere perpetue in lopuschna et hlubokigo dolem rzecka poly anth *(sic)* woytha laczka et Iwan zub obye stronye, Item dominus fyederko debet habere quartam partem perpetue in dictis Bonis Malczicze, que sibi cessit per divisionem videlicet in kmethonibus, in piscina et eius demissione, in molendino quartam partem emolimentorum, et similiter in Thaberna predicta quartam, et eciam pratorum, silvarum, mericarum et aliorum proventuum et obvencionum universorum, quocunque nomine seu vocabulo censeantur, quidquidem ad dictam quartem partem spectat et pertinet omnium istorum quartam partem debet habere dominus fyederko, Ita quod a Zub et a laczkowe ly anth woytha nadol rzecka usque ad graniciem dzuschyczska granycza nadol rzecka obye stronye tenere debet dominus fyederko. Item quid dominus fyederko cum suis posteris fecit sibi perpetuum sileneium pro Mlynyscza villa pro maternitate quid impediverat fyedkonem iam perpetuam inter se fecerunt divisionem. Super quo per ambas partes positum est memoriale. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum leopoli feria quinta festi sancti Martini (*11 Listopada*) Anno domini M. CCCC. quinquagesimo primo, presentibus nobilibus dominis Thomkone lopaczynski de oschany, Iacobo et Stanislao orzechkowsczi, laczkone podoleczski, petro Roszwora de zwarthow, Iurgi de Malczicze Et alys fide dignis.

Oryginał na ćwiartce pergaminowéj w arch. arc. metr. lwowsk. obrz. łac. (nr. XIV). Zawieszone były dwie pieczęcie, z tych pozostala jedna woskowa, sędziego, przedstawiająca odcisk herbu Gryf.

## LXXVI.

**Grzegorz z Sanoka, arcybiskup lwowski, nadaje za zgodą kapituły bratu swemu rodzonemu Pawłowi Długoszowi z Sanoka wójtostwo wieczyste we wsi Stawczany do arcybiskupstwa lwowskiego należącéj.**
**1453.**

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Omnium gestorum perit memoria, nisi literarum testimonio fuerit roborata. Proinde Nos Gregorius dei gracia

Sancte metropolitane leopoliensis Ecclesie Archiepiscopus. Significamus tenore presencium quibus expedit universis tam presentibus quam futuris. Quia necessitate nostra et Ecclesie Nostre poscente certam summam pecunie a nobili Paulo Dlugosch de Sanok, germano nostro carissimo, de bonis ipsum de patrimonio suo concernentibus, ad reformacionem bonorum scilicet piscinarum et aliorum bonorum recepimus, quare volentes sibi satisfaccionem fieri et maxime sperantes per ipsum dictis bonis Ecclesie nostre bene adiutorium ferri et per eum villam Ecclesie nostre nunc desertam Stawczani[1]) dictam, in districtu leopoliensi inter Grodek et Leopolim sitam, kmethonibus posse locari, Sibi et suis successoribus, horum omnium respectu, Sculteciam in dicta villa Stawczani de consensu Capituli nostri leopoliensis et unanimi voluntate dedimus, dedimus *(sic)*, donavimus, damusque, donamus ad tempora perpetua tenore presencium mediante. Habebitque idem Paulus et sui legittimi successores duos mansos liberos, sextum denarium de censu et tercium de re iudicata, item omnia alia puta de Thabernis, de macellis et de molendino medietatem nobiscum et cum nostris successoribus. Item piscinam unam superiorem, quam pro eius pecunys reformavimus, habebitque cum omnibus hominibus ibidem locandis et locatis Ius teutunicum maydburgense in omnibus punctis et clausis, *(sic)* prout ipsum Ius teutunicum requirit. Item homines, qui debent locari in mericis, vulgariter na dambrowach, duodecim, qui vero in campis extirpatis sex annorum habebunt libertatem, qua exspirata, tunc nobis quilibet kmetho et nostris successoribus de quolibet laneo per tres fertones singulis annis in festo Sancti Martini racione census polonicalis monete et unum truncum avene, duos caseos cum viginti ovis ad festum pasce et duos pullos ad nativitatem marie solvere tenebuntur, labores vero reddent et exhibebunt secundum consuetudinem aliarum villarum, in ius theutunicum maydburgense in Terra Russie locatarum. Prefatus igitur Paulus et sui successores legittimi tenebuntur nobis et successoribus nostris singulis annis ter ad distanciam decem miliarium a leopoli ad omnes partes in negocys Ecclesie nostre et nostris per se vel per aliam personam valentem equitare seu dirigere, libertate predicta expirata; habebit preterea predictus Paulus et sui successores legittimi omnimodam potestatem dictam suam Sculteciam utifruendi, possidendi, tenendi, vendendi, commutandi, alienandi et in usus proprios, nostra voluntate accedente et consensu, convertendi pro ipsius libera voluntate. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum anulare et Capituli nostri presentibus est appensum. Datum leopoli in crastino Sancti Iacobi *(26 Lipca)* Anno domini millesimo quadrin-

[1]) Stawczany wieś w powiecie Lwowskim. *A. P.*

gentesimo quinquagesimo tercio, presentibus ibidem honorabilibus et nobilibus viris dominis Nicolao prebendario Sancte Katherine, Iohanne Huigsor *(sic)* Altarista leopoliensi, Iohanne de Pagow, frideriko et mikul consulibus leopoliensibus et aliis pluribus fidedignis testibus ad premissa.

Dokument oryginalny na pergaminie w arch. arcyb. metr lwowsk. obrz lac. (Nr. XV) dobrze zachowany, ale w środku znacznie przecięty, pieczęć oderwana, pozostał tylko po niéj pasek pergaminowy.

Dokument ten drukował Al. hr. Stadnicki: Ziemia lwowska itd. dodatek VII, str. 68—70, lecz tylko według kopii z wieku XVII nie zawsze zgodnéj z oryginałem.

## LXXVII.

### Andrzéj Odrowąż ze Sprowy, wojewoda i starosta jeneralny ruski, i Jan Gołąmbek ze Zimnejwody, sędzia lwowski, rozstrzygają z polecenia królewskiego spór między kapitułą metropolitalną lwowską a spadkobiercami Wincentego z Uniatycz. 1453.

Nos Andreas Odrowansch de Sprowa Palatinus et Capitaneus Terre Russie generalis et Iohannes Golambek de Zymnawoda Iudex Leopoliensis Significamus tenore presencium quibus expedit generaliter universis Harum noticiam Habituris. Quomodo dum ex comissione speciali et mandato Serenissimi Principis et domini Domini Kazimiri Dei gracia Regis polonie etc., domini nostri graciosissimi, controversias, disceptaciones et Discordias inter Wenerabile Capitulum Sancte Ecclesie Metropolitane Leopoliensis ex una et pueros olim Vincency Lancze de Honyathicze[1]) partibus ab altera occasione limitacionis et insigniorum Dictorum Lazarowskye Stawysko, Campi et Ostrow cum ipsorum adiacencys Ville Wirzbyansz[2]) eiusdem Capituli, dudum exortas, sedare volentes et eis finem imponere ultimatum, Ad que quelibet parcium sibi ius competere allegabat, Cupientes itaque de Iure cuiuslibet partis plenius experiri et Uneque Descendentes eisdem limitacione et insignys erectis per prius revisis Dictis partibus voluntate et consensu ipsorum ad id accedente, Diem aptum et terminum competentem ad producendum et innovandum Iura et Munimenta ipsorum, in et super eadem limitacione facte insignia habita assignavimus in Leopoli coram nobis. Adveniente vero die et termino huiusmodi prefixo, dictis Dominis Capitularibus et Nobili Iohanne Wilga tutori puerorum Lancze predictorum personaliter comparentibus, sepedicti Domini Capitulares Leopolienses coram nobis et dominis Prelatis et Baro-

[1]) *Honyathicze* dziś Uniatycze w powiecie Drohobycz.

[2]) Porównaj do téj majętności odnoszące się Nr. XXXV, XLII, XLV, XLVI, XLIX, LIII, LV, LVIII i LIX.

nibus infrascriptis nobiscum assedentibus, Iura et Inscripcionem olim dominorum Syenkonis de Syennow Castellani Leopoliensis et Nicolai Parawe Capitanei Haliciensis, coram quibus pro huiusmodi limitacionis causa orta fuit ex comisso Regio materia questionis, produxerunt. Quibus nempe Iuribus auscultatis diligenter et perspectis, causam limitacionis iustam et consonam racioni per eosdem quondam Dominos ad id Deputatos iudicatam, distinctam et bono fine terminatam reiudicare et repetere nolentes consilys masticatis pro tribunali residentes et solum Deum pre oculis habentes, nulli parcium preiudicando, prefatum Capitulum Leopoliense iuxta vim et tenorem Iurium distinccionis eiusdem remansimus et prelibata insignia Lazarowskye Stawisko unacum Campo Ostrow et certis pertinencys in eadem Inscripcione Dominorum Vitafunctorum descriptis eisdem dominis Capitularibus et ad villam eorum Wirzbyansz eviterne pertinere, adiudicavimus, Significavimus ac per presentes decernimus nostra diffinitiva Significacione mediante, Pueris Dicti Lancze de eisdem silencium perpetuum imponentes. Harum quibus Sigiila nostra sunt appensa testimonio literarum. Datum in Leopoli feria secunda ante festum Beatissime Marie Virginis gloriose[1]) de Anno Domini Millesimo CCCC quinquagesimo tercio. Presentibus Reverendissimo in Christo patre domino Gregorio Dei gracia Archiepiscopo, Magnificoque et Generosis dominis Iohanne Kmytha de Wysznicze Castellano Leopoliensibus, Dobeslao de Zirawicza, Petro de Brannicza, Stephano de Bydlowa et Iohanne Swyeboda De Chartlupya Alysque testibus fidedignis ad premissa.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. 10. nr. 3) Zawieszone były na paskach pergaminowych dwie pieczęcie, obie oderwane. Na odwrotnéj stronie pergaminu napisano współczesną ręką:

Litere limitacionis circa Wizczbansz
ex parte Haynaticze
1453.

## LXXVIII.

### Andrzéj Odrowąż ze Sprowy, wojewoda i starosta jeneralny ruski, rozstrzyga przez zastępców spór między kapitułą metropolitalną lwowską a właścicielem małéj Horożany. 1453.

Nos Andreas Odrowansch De Sprowa Palatinus et Capitaneus Terre Russie generalis et cause infra scripte Commissarius per Serenissimum Principem et Dominum

[1]) Daty téj rozwiązać nie można, bo nie dodano o jakiém święcie N. Panny Maryi mowa.

Kazimirum dei gracia Regem polonie etc. assignatus, Recognoscimus tenore presencium quibus expedit universis. Quomodo dum ex commissione speciali eiusdem Domini Nostri Regis graciosi Ad licium questiones et discordias sedandas et sopiendas inter bona venerabilium Dominorum Capitularium Canonicorum Leopoliensium dicta Vyrzbasch[1]) ab una et parva Hroszana[2]) Nobilis Berilonis ab altera partibus, missi et deputati fueramus, que occasione granicierum oriebantur, unde soli occupati obstaculis multorum negociorum Communis boni, ad revidenda et auscultanda eadem Regia Commissa exire et condescendere nequientes loco nostri Generosos et Nobiles dominos Iohannem Golambek de Zymnavoda Iudicem Terrestrem Leopoliensem, Mielasch Officialem et Hubnat alias Harbacz de Dubrowlani Iudicem Sczyryczenses, eisdem facultatem omnimodam, qua a Domino Rege in facto isto fungeamur, transmisimus. Qui exeuntes taliter et in hunc modum fecerunt et disposuerunt, sevio provectos evocaverunt et eis adiunxerunt cum Ministeriali. Qui tamen sub puritate et onere conscienciarum suarum nulli parcium preiudicando, utrisque partibus ad id consencientibus, coram eisdem Generosis et Nobilibus predictis dominis, per nos missis, perexpressum recognoverunt, et eos ad huiuscemodi Insignia adduxerunt. Quod ad villam Vyrzbasch Dictorum Dominorum Canonicorum Leopoliensium incipiendo ab Ussczye Ispayowske polye Dschuyczycze, et ab eodem usque ad Dolyna et pratum dictum Myerzanczek, et ab eodem prato ad fluvium Dnyestr, et a fluvio eodem usque ad Zelesznye Czerepolne omnibus inclusis pertinent ab antiquo et spectant. Hys itaque cognitis et conspectis, universas displicencias inter easdem partes occasione premissorum dudum exortas, prefati Domini per Nos taliter missi anullaverunt et cassaverunt sub vadio sex sexagenarum, per eosdem Dominos inter dictas partes vallato, Tali condicione interiecta, quod quelibet parcium videlicet tam Domini Capitulares Leopolienses, quam ipse Berilo secundum Insignia suprascripta sine impedimento et vexacione pacifice et quiete debent et tenebuntur iam de facto tenere, possidere, utifrui et gaudere usque ad limitacionem granicierum finalem, per nos prefatum Andream Odrowansch etc. faciendam, Sique aliqua parcium in contrarium quidpiam attentare presumpserit et huiusmodi nostram decisionem violaverit, Extunc ad solucionem Trium Sexagenarum nobis et parti tenenti in totidem tociens quociens contrafecerit irremissibiliter daturas astringeretur et se noverit incursuram. Datum in Sczyrzecz[3])

---

[1]) Porównaj dotyczące téj majętności Nr. XXXV, XLII, XLV, XLVI, XLIX, LIII, LV, LVIII, LIX i LXXVII.
[2]) *Parva Hroszana* dziś Mała Horożana w powiecie Rudki.
[3]) *Sczyrzecz* dziś Szczerzec miasto w powiecie Lwowskim.

feria tercia proxima post festum Assumptionis virginis Marie *(21 Sierpnia)* Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio, Nostro Sigillo presentibus subappenso. Presentibus Nobilibus Dominis Huhnath alias Harbacz De Dubrowlany Iudice Sczyryczensi, Iohanne De Sroky, Iohanne Czyran De Syenyanowka, petro De Hrompno et Nicolao Syenyawsky, Alysque fide dignis ad premissa testibus.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. 10. nr. 2), pieczęć oderwana pozostał po niéj pasek pergaminowy.

## LXXIX.

### Grzegorz, arcybiskup lwowski, potwierdza uposażenie kościoła parafialnego w Bilce.
### 1454.

In Nomine Domini Amen. Cum nihil in humanis ordinacionibus aut disposicionibus salubrius cernimus, quam ut per vite presentis subsidium eterne remuneracionis premium concedatur, Ideo Nos Gregorius Dei gracia Sancte Ecclesie Leopoliensis Archiepiscopus ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam deducimus per hec scripta. Quomodo Magnificus Dominus Bucho[1]) Palatinus Podoliensis de Pomorzany zelo devocionis excitatus ad Ecclesiam Parochialem in Bielka[2]) Nostre Diecesis, ad honorem Omnipotentis Dei erectam et fundatam, de nostro speciali consensu ipsamque dotando modo infrascripto. Primo itaque Nobis humiliter supplicavit, quatenus Ecclesie Parochiali in Bielka huiusmodi dotacionem confirmare, ratificare, approbare dignaremur. Sicque prefatus Magnificus dominus Bucho Palatinus Podoliensis dicte Ecclesie in Bielka et Rectori eius pro tempore existenti decimam manipularem omnium frugum et segetum in villa Podbrzescze de predys suis ab antiquo cultis . . .[3]) priores possessores temporibus perpetuis donavit et inscripsit. Loco quoque decime manipularis de agris et laboribus Cmethonum ville predicte Annonas alias vulgariter Osspy de quolibet laneo seu manso per Cmethones prefate ville Podbrzescze[4]) possesso vel possidendo presentes vel futuros unum truncum Siliginis et unum truncum

[1]) *Bucho de Pomorzany Palatinus Podoliensis* według wszelkiego prawdopodobieństwa zamiast *Bucho* czytać należy *Hrycko*, w r. 1454 bowiem był wojewodą podolskim Hrycko z Pomorzan Kierdejowicz, prawdopodobnie więc przepisywacz dyplomu (kopia, według któréj przywilej ten drukujemy, pochodzi, zdaje się, dopiero z początku wieku tego) zamiast Hrycko odczytał Bucho.

[2]) *Bielka* porównaj dokument nr. LXI, str. 108, adnotacya 2.

[3]) Dwie lub trzy litery zniszczone.

[4]) *Podbrzescze* Podberesce wieś w powiecie Lwowskim.

avene ad memoratam Ecclesiam in Bielka singulis annis perpetuis temporibus ad Festum Sancti Martini Confessoris Gloriosi et Pontificis prenominate Ecclesie et Rectori ipsius, quicunque pro tempore fuerit, solvi inscripsit. Dedit insuper predictus Dominus Bucho Palatinus Podoliensis unum laneum èx suo predio dimensum cum uno prato, in quo sedecem currus feni possent falcastrari et cumulari in parte versus Winniki[1]) tendente. Item robora pro structuris et edificys valencia tam Ecclesie, quam dote (?) ipsius Plebani de Gays et borris in dicta hereditate Podbrzescze existentibus. Rubeta sive denseta pro necessitate ipsius Rectoris ac sue domus dedit et donavit omnimodam facultatem excidendi et conducendi. Denique Mensales Clericales iuxta consuetudinem aliarum villarum Terre Russie in ius Theutonicum locatarum aliaque Iura Parrochialia Rectori et eciam Clerico seu Ministro sue Ecclesie pro tempore existentibus ab Incolis predicte ville universis sexus utriusque solvi inscripsit et incorporavit in eternum. Nos itaque volentes cultum adaugere divinum, ut tenemur, attendentes eciam peticionem predicti Domini Buchonis Palatini Podoliensis fore iustam et consonam racioni prefatam dicte Ecclesie Parochialis in Bielka, sic ut premittitur, per Magnificum Dominum Buchonem de Pomorzany Palatinum Podoliensem factam dotacionem confirmamus, approbamus et presenti scripto statuimus, communivimus, volentes et decernentes ipsam robur perpetue firmitatis obtinere. Harum quibus Nostrum et prefati Magnifici Domini Buchonis de Pomorzany Palatini Podoliensis Sigilla presentibus sunt appensa testimonio literarum. Actum et Datum in Czarnusouice[2]) Feria Quarta infra Octavas Corporis Christi (*26 Czerwca*) Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Quarto Presentibus ibidem Generosis et Nobilibus Iohanne Woyski de Czarnusowice, Nicolao de Zuchorzice, Stanislao de Poduszow, Petro Czebrowski de Zabokruki et alys quam pluribus fide dignis.

Wydrukowano według kopii urzędowéj przechowanéj w arch. kons. metr. lwowsk. obrz. łac.

## LXXX.

**Ścibor z Wiszni sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Fiederko z Malczyc część swoją téj wsi i wójtowstwo w niej położone sprzedał na wieczystą własność Grzegorzowi z Sanoka arcybiskupowi lwowskiemu. 1455.**

Nos Stiborius de Vyschnya Iudex et Iohannes de Vyssoky Subiudex terre Leo-

[1]) Winniki wieś w powiecie lwowskim.

[2]) Czarnuszowice wieś w powiecie lwowskim do r. k. arcyb. lwowsk. należąca.

poliensis generales Significamus tenore presencium quibus expedit generaliter universis tam presentibus, quam futuris presencium noticiam habituris. Quomodo ad nostram et aliorum dominorum assessorum nobiscum Iudicio terrestri residencium presenciam veniens personaliter nobilis fyederko de malczicze[1]), non compulsus, nec coactus, neque aliquo errore devio seductus, sed de sua libera ac spontanea voluntate suorumque amicorum salubri fretus consilio, recognovit, quia Reverendissimo in Christo patri et domino, domino Gregorio, dei gracia Archiepiscopo leopoliensi, totam suam sortem seu porcionem, alias dzelnycza in malczicze, et cum Scultecia, quam habet, vel se pretendit habere in qualibet porcione seu sorte Bonorum malczicze, vendidit et Resignavit perpetue et in evum pro dimidio tercio Cento marcarum, medietate in medys grossis, et medietate in minuta pecunia Numeri polonici consueti, quadraginta et octo grossos in quamlibet marcam computando, a quo domino Gregorio Archiepiscopo recognovit se plenariam recepisse solucionem, cum omni Iure, dominio, proprietate, utilitatibus, reditibus, censibus, silvis, borris, nemoribus, mericis, gays, quercubus, quercetis, agris, campis, pratis, piscinis, stagnis, fluvys, lacubus, aquis et earum decursibus, thabernis, molendinis et eorum emolimentis, vys, stratis, semitis, mellificys, ceterisque proventibus et obvencionibus universis, quocunque nomine seu vocabulo censeantur, nichil penitus ibidem in dicta sorte et scultecia in qualibet porcione Bonorum in malczicze sibi fyederkony et eius posteris Iuris, proprietatis aut dominy reservando, sed cum totali ac plenario Iure, prout solus tenuit et possedit iuxta continenciam privilegiorum et munimentorum super eandem suam porcionem et Sculteciam prefatam in malczicze confectorum, per ipsum dominum Gregorium Archiepiscopum et ipsius posteros seu successores tenendum, habendum, possidendum, utifruendum, commuttandum (*sic*), alienandum, vendendum, donandum et ad ipsius et suorum posterorum seu successorum usus beneplacitos convertendum modo perpetuo. Quem dominum Gregorium Archiepiscopum ipse dominus fyederko obligatus est protegere in dictis Bonis sibi venditis ab omni persona sexus utriusque Iuxta consuetudinem terrestrem, prout aliqua persona prescripcionem habet in Iure terrestri. Super quo dominus Gregorius Archiepiscopus posuit memoriale. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt sub appensa. Actum et datum Leopoli feria sexta proxima ante dominicam palmarum (*28 Marca*) Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, presentibus Magnifico et Generosis dominis Iohanne de Knychynycze Castellano haliciensi, Paulo de Sprowa dapifero leopoliensi,

[1]) Zobacz dokumenta Nr. LXXIII i LXXV.

Derslao de Brzeszccz, Petro de Branycze, Iohanne de Zymnawoda, Iohanne Cunath de Thuliglowy et alys fide dignis circa premissa testibus.

Dokument oryginalny na pergaminie w arch. arcyb. metr. lwow. obrz. łac. (Nr. XVI) dobrze zachowany, zawieszone były dwie pieczęcie, z których tylko paski pergaminowe pozostały. Dokument ten był intabulowanym 3 Lutego 1784 r. in libro fundation. Tom. VIII, p. 425 (według zapisku na odwrotnéj stronie pergaminu).

## LXXXI.

### Jan z Sulikowa, starosta grodecki i szczerzecki, i Piotr z Rumna poświadczają rozmierzenie gruntów do Werbiża należących. 1455.

Nos Iohannes de Sulikow Capitaneus Grodecensis et Sczirecensis et Petrus de Hrumno[1]) Significamus tenore presentium quibus expedit generaliter universis presentibus et futuris horum noticiam habituris. Quomodo ex Commisso et speciali mandato Magnifici domini Andree Odrovauz de Sprowa Pallatini (*sic*) et Capitanei terre Russie generalis, de Commissione et Mandato Serenissimi Principis et domini Domini Kazimiri Dei gracia Regis polonie, Magni Ducis lithvanie etc. sibi domino Andree Pallatino factis in Villa Capitaneatus Leopoliensis dicta Virzbonz[2]) mensuravimus agros et laneos tam ad longitudinem quam ad latitudinem secundum Consuetudinem Iuris et moris Theutunici circa huiusmodi mensuram laneorum communiter currentem. Disponentes et facientes fines eorundem laneorum alias dlye et eosdem scopulis manifestis insignientes Et primos fines predictorum laneorum statuimus et fecimus procedendo a villa Vyrzbanz versus Campum dictum vulgariter Syerkowiniwi (*sic*), Secundos fines statuimus et terminavimus procedendo ab eādem villa usque ad Moghilam, Tercios fines similiter fecimus a predicta villa procedendo usque ad piscinulam Ricziwo, Quartos fecimus eodem modo procedendo a prefata villa ad Campum vulgariter dictum Knezehori Berezy. Quos quidem laneos adiudicavimus et Significavimus fore iuste et debite sic ut predictum est per nos emensos. Harum quibus Sigilla nostra presentibus sunt subappensa testimonio literarum. Datum in Vyrzbanz feria secunda[3]) ipso die Exaltacionis sancte Crucis *(14 Września)* Anno domini Millesimo CCCCLV, Presentibus Nobilibus Stanislao Advocato hereditario Sczirzecensi, Danilone

[1]) *Hrumno* dzisiaj Rumno wieś w powiecie Rudki.

[2]) *Virzbonz, Vyrzbanz* dzisiaj Werbiż. Porównaj dokumenta do téj saméj majętności się odnoszące Nr. XXXV, XLII, XLV, XLVI, XLIX, LIII, LV, LVIII, LIX, LXXVII, LXXVIII.

[3]) *Exaltac. S. Crucis* przypada na 14 Września, dzień ten atoli w r. 1455 nie był Poniedziałkiem lecz Niedzielą.

de Podmitrzie, Drozd de Podwissokye, Demetrio de Huniaticze, Nicolao de Lancicia, Andrea Balinsky, Georgio Koos de Podmitrzie, Danilone de Humencze, et alys quam pluribus fidedignis circa premissa Testibus.

Oryginał na ćwiartce pergaminowéj w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. 10, nr. 7) starannie pisany. Zawieszone były na paskach pergaminowych dwie pieczęcie, z tych pierwsza pozostała z odciskiem zupełnie wytartym, druga zaginęła.

# LXXXII.

**Ścibor z Wiszni sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Fetko i Steczko, bracia rodzeni, dziedzice jednéj części Malczyc, sprzedali część tę wraz z wójtostwem do nich należącém Grzegorzowi z Sanoka, arcybiskupowi lwowskiemu.**

**1456.**

Nos Stiborius de Vysznya Iudex et Iohannes (*de Vys*)sokye Subiudex terre Leopoliensis generales Significamus tenore presencium quibus expedit generaliter universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, Quomodo ad nostram et aliorum dominorum nobiscum Iudicio terrestri residencium presenciam venientes personaliter Nobiles phetko et Steczko, fratres germani, filii Nobilis Raszkonis de Malczycze[1]), non compulsi, nec coacti, nec aliquo errore devio seducti, sed de ipsorum libera ac spontanea voluntate suorumque amicorum salubri freti consilio, recognoverunt: Quia Reverendissimo in Christo patri Domino et Domino Gregorio, Dei gracia Archiepiscopo Leopoliensi, totam sortem seu porcionem et partem eorum hereditatis et advocaciam eorum, quam habuerunt et habent in eadem parte, in villa malczycze in districtu Leopoliensi sita, vendiderunt et resignaverunt perpetuo et in evum pro ducentis marcis in medys grossis et ducentis marcis in minuta pecunia monete et numeri polonici consueti, in quamlibet marcam quadraginta et octo grossos computando, cum omni Iure, dominio, proprietate, utilitatibus, redditibus, censibus, agris, campis, pratis, kmethonibus, silvis, borris, mericis, gays, quercubus, quercetis, rubetis, piscinis, stagnis, fluvys, lacubus, aquis et earum decursibus, molendinis et eorum emolimentis, vys, stratis, semitis seraptis *(sic)*, mellificys, thabernis, iuribus et munimentis ad ipsam sortem et ad sculteciam in Malczycze spectantibus et pertinenti-

[1]) Zobacz Nr. LXXIII, LXXV i LXXX.

bus ceterisque proventibus et obvencionibus universis, quocunque nomine seu vocabulo censeantur, nichil penitus pro ipsis phetkone et Steczkone et eorum successoribus in dicta sorte et parte hereditatis et advocacie in Malczycze predicte iuris, proprietatis aut dominy reservando, sed cum totalı ac plenario iure, prout dicta sors seu porcio cum parte advocacie ipsorum phetkonis et Steczkonis ad longitudinem, ad latitudinem in suis metis, granicys et signis ab antiquo et circumferencialiter sunt distincta (*sic*) et limitata (*sic*), prout ipsam soli tenuerunt, habuerunt et hactenus possederunt, iure hereditario per ipsum dominum Gregorium Archiepiscopum et eius successores legittimos tenendum, habendum, possidendum, utifruendum, comutandum, alienandum, vendendum, donandum et ad ipsius et ad successorum suorum usus beneplacitos convertendum modo perpetuo hereditario. Qui quidem phetko et Steczko, fratres germani, ipsum dominum Gregorium Archiepiscopum et successores suos obligati sunt in dicta sorte ac parte hereditatis et Scultecie in Malczycze tueri et defensare ab omni persona sexus utriusque iuxta conswetudinem terrestrem, prout ad aliquam personam pertinet prescripcio in Iure terrestri, nullo Iure evadentes ipsum dominum Gregorium Archiepiscopum et successores suos legittimos, nec litteris Regalibus, Bello, expedicione, legacione, prescripcione, nec ad Colloquium generale se excipiendo, nec aliqua re eis in hoc facto subsidiaria, sed quocunque modo vellent evadere ipsum dominum Gregorium Archiepiscopum et successores suos eo facto totam propriam causam ipsorum amittere debent. Si autem alique littere super dictam sortem ac partem hereditatis et Scultecie in Malczycze per quamcumque personam reservarentur, tales omnes, dum emerse fuerint, vulgariter wynorzyliby sya, tales debent fore in subsidium ipsi domino Gregorio Archiepiscopo et ipsius successoribus legittimis et nocumentum seu dampnum illi, per quem reservarentur; super quo per ipsum dominum Gregorium Archiepiscopum memoriale positum est, quod Iudicium recepit. Datum Leopoli feria sexta in Crastino Circumcisionis domini *(2 Stycznia)* Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. In cuius Rey testimonium Sigilla nostra presentibus sunt Subappensa, presentibus Magnificis, Generosis et Nobilibus dominis Iohanne de Knychynicze Castellano haliciensi, Paulo de Sprowa Dapifero, Nicolao de Golegori Subdapifero, Nicolao de Romanow Subpincerna, Nicolao Nesth Tribuno Leopoliensibus, Stanislao et Iohanne de Chodorowstaw, Senko Lopaticz de Ostalovicze, Franczkone de Dzevianthniky Camerarys et alys quampluribus fidedignis.

Oryginał na pergaminie w arch. arcyb. metrop. lwowsk. obrz. łac. (Nr. XVII) w jedném miejscu nieco uszkodzony, zresztą dobrze zachowany, z pieczęcią zawieszoną na pasku pergaminowym, druga pieczęć oderwana, pozostał po niéj tylko pasek pergaminowy. Zachowana pieczęć przedstawia odcisk herbu Jastrzębiec i napis w obwodzie nieczytelny. Na odwrotnéj stronie pergaminu kilka napisów późniejszych.

Dokument ten był intubulowanym w Lutym r. 1784 in Libro Fundationum Tomo 10. pag. 72, według notaty poniżéj dokumentu umieszczonéj.

## LXXXIII.

### Stanisław Stachira ze Srok, podstarosta lwowski, poświadcza że Chodko Piąntnicki sprzedał łąkę swoją dziedziczną Czaraczenica zwaną za dziesięć kóp groszy zwykłéj monety kapitule lwowskiéj na wieczystą własność. 1456.

Noverint quibus expedit universi. Ego Stanislaus Stachira de Sroky Wicecapitaneus Leopoliensis Recognosco tenore presencium generaliter universis presentibus et futuris, harum noticiam habituris. Quomodo coram mei et testium infrascriptorum constitutus presencia laboriosus Chodko pyanthniczsky, sanus mente pariter et corpore existens, non compulsus, nec coactus neque aliquo erroris Devio seductus, maturaque et spontanea animi deliberacione prehabita et suorum fratrum tunc presencium fretus consilio germanorum, publice, notorie et per expressum recognovit: pratum suum Dictum Czaraczenycza[1]) ex divisione bonorum patrimonialium inter fratres et ipsum facta ad ipsumque ex funiculo distribucionis Dumtaxat iure hereditario pertinens et concernens Wenerabilibus dominis Capitularibus et Canonicis Ecclesie Metropolitane Leopoliensis pro Decem Sexagenis monete et numeri polonicalium consuetorum, in quamlibet sexagenam sexaginta grossos computando, se vendidisse et condescendisse ac pro eodem condignam satisfaccionem defacto percepisse ab eisdem, quod pratum sciencia, consensu et voluntate ad id accedente Magnifici domini Andree Odrowansch de Sprowa Palatini et Capitanei leopoliensis prefatus Chodko pyanthnyczsky ipsis dominis Capitularibus realiter, perpetue et eviterne resignavit cum effectu, nichil pro se aut suis successoribus Iuris, propri(*etatis et Dominy*) in eodem reservando, prout in suis longitudine et latitudine antiquitus est distinctum. Quodquidem Pratum prelibati Chodkon(*is pyanthnyczsky Cza*)raczenycza sue inchoacionis et situacionis habet et continet principy exordium primo et principaliter a rubo saliceo usque ad rubum quer-

[1]) Porównaj dok. Nr. LXVIII, str. 121, adnotacya nr. 1.

cum, *(inter quos rubos)* virgultum dictum loza inter pratum Regale est et consistit, quod Virgultum predictum, loza vulgariter nuncupatum, huiusmodi pratum Regale dividit, disiungit et distingwit recte, plane et simpliciter usque ad fluvium polthewy[1]) gradiendo, et ab eodem rubo quercino usque ad Molendinum prefatorum dominorum Canonicorum superius et ulterius se extendendo, per ipsos dominos Capitulares modernos et pro tempore existentes Canonicos Ecclesie prefate Metropolitane Leopoliensis pratum huiusmodi Czaraczenycza prenotatum temporibus perpetuis Habendum, tenendum, possidendum, gubernandum, falcastrandum, vendendum, commutandum, alienandum et obligandum ac in usus Ecclesie primodicte *(sic)* et ipsorum convertendum, prout ipsis et ceteris existentibus Canonicis melius, comodosius et utilius videbitur expedire. Harum quibus Sigillum meum est appensum testimonio literarum. Actum et Datum Leopoli feria quinta infra octawas Celebritatis festi penthecostes (*20 Maja*) De Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Presentibus Magnifico, Generosis et Nobilibus Dominis Iohanne de Knyehinicze Castellano Haliciensi, Stiborio de Wischnya Iudice, Iohanne de Wissokye Subiudice Leopoliensibus, Wincencio de Chochlewy, Petro de Brannicza et Georgio de Malczicze heredibus, Alysque testibus fidedignis ad premissa.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. XXVII, nr. 11), dość znacznie uszkodzony, pieczęć oderwana, pozostał tylko pasek pergaminowy. Dokument ten był oblatowanym na dniu 16 Kwietnia r. 1777 w grodzie lwowskim (Zobacz Acta castrensia leopolien. Fascic. 95, nr. 536), z której to oblaty uzupełniono uszkodzone w oryginale miejsca w texcie *kursywą* wydrukowane.

## LXXXIV.

**Andrzéj Odrowąż ze Sprowy, wojewoda i starosta jeneralny ruski, z polecenia królewskiego darowuje kapitule lwowskiéj łąkę Młyniszcze zwaną, a zarazem poświadcza, że Chodko Piąntnicki sprzedał téj saméj kapitule łąkę swoją dziedziczną Czaraczenica zwaną za dziesięć kóp groszy zwykłéj monety. 1456.**

Nos Andreas Odrowansch de Sprowa, Palatinus et Capitaneus Terre Russie generalis, Significamus tenore presencium quibus expedit generaliter universis presentibus et futuris, harum noticiam habituris. Quomodo animadvertens et mente revolvens

---

[1]) *Polthewy* Pełtew.

Serenissimus Princeps et Dominus, Dominus Kazimirus, Dei gracia Rex Polonie, Magnus dux Lythwanie, Prussieque Dominus et Heres, Russie etc. dominus noster graciosissimus inopiam inedie (*sic*) et defectum Wenerabilis Capituli Metropolitane Ecclesie Sancte Marie Leopoliensis, quibus sepenumero quatitur et agitatur, cuius Celsitudo sathagens bona eiusdem Ecclesie Metropolitane pro cultu divino augendo ampliare et huiusmodi defectibus et inopie ipsorum dominorum Capitularium ex innata sue Serenitatis clemencia obviare, Ut tempore sui felicissimi regiminis Ecclesia Sancte Marie prefata uberiora se senciat recepisse incrementa, quodque perinde consolati prelibati Domini Capitulares creatorem omnium pro longewa et Votiva incolumitate et eventibus felicibus sue Serenitatis et iocundis valeant uberius exorare, Eiusque nempe Maiestas in presenciarum Vive Vocis oraculo nobis iniunxit et precepit, Ut ipsos dominos Capitulares pro predio eis erigendo in laneo deprope Civitatem Leopoliensem situato et neccessitate (*sic*) Domestica ipsorum augenda aliqua Vastitate Campi seu prati dotaremus, que Castro Leopoliensi sue Serenitatis non esse videretur dampnosa nec nociva; Unde Volentes nos exequi mandata Regalia merito, ut tenemur, illucque Descendentes et comperientes Vastitatem rubeti seu campi dictam Mlynyszcze [1]), per ipsos Dominos Capitulares perante extirpatam et ex nowa radice in pratum erectam, in nullo Regie Maiestati fore et fuisse profectuosam, nec in aliquo Castro Leopoliensi esse utilem et comodosam, ex consensu, sciencia et voluntate speciali sueque Serenitatis auctoritate et potestate predicti nobis in hac parte comisssa et concessa prefate Ecclesie Metropolitane Leopoliensi ac dominis Capitularibus modernis ceterisque pro tempore existentibus Canonicis huiusmodi premissum pratum Mlynyszcze nuncupatum ex Vastitate et deserticie Virgulti per ipsos eradicatum, quod pratum habet originem et suum incipit progressum primo et principaliter a ponte hyemali secus viam in parte sinistra recto tramite usque ad molendinum ipsorum Dominorum Canonicorum gradiendo, et inferius Molendinum eorum descendendo usque ad pratum Chodkonis Rospoppe dicti Pyanthniczsky se extendens, prout ab antiquo in suis longitudine et latitudine circumferencialiter est limitatum et distinctum, adiunximus, dedimus, inscripsimus et incorporavimus tenoreque presencium mediante adiungimus, Damus, inscribimus et incorporamus perpetuo et in evum. Qui itaque Chothko Pyanthniczsky equanimiter coram nobis constitutus, non compulsus, nec coactus, neque aliquo erroris devio seductus maturaque animi deliberacione prehabita

---

[1]) Porównaj dokument Nr. LXVIII, str. 121, adnotacya Nr. 1, jako i dok. Nr. LXXXIII.

suorum fratrum tunc presencium germanorum fretus consilio, publice et per expressum recognovit, pratum suum dictum Czaraczenycza Iure Hereditario ex divisione bonorum patrimonialium nonnisi pertinens et concernens ad ipsum, sepedictis Dominis Capitularibus Sancte Ecclesie Metropolitane Leopoliensis pro Decem Sexagenis monete et numeri polonicalium consvetorum, in quamlibet Sexagenam Sexaginta grossos computando, se vendidisse et perpetuo ac eviterne realiter et effective resignasse. Quodquidem pratum Chothkonis Pyanthniczsky dictum Czaraczenycza sue inchoacionis habet inicium a rubo saliceo usque ad rubum quercum, inter quos rubos virgultum dictum loza inter pratum Regale est et existit, quod Virgultum predictum, loza vulgariter nuncupatum, huiusmodi pratum Regale dividit, disiungit et distingwit recte et simpliciter usque ad fluvium dictum Polthewy procedendo, et ab eodem rubo quercino usque ad Molendinum prefatorum dominorum Canonicorum superius et ulterius se extendendo, per ipsos dominos Capitulares modernos et pro tempore existentes Canonicos Ecclesie prefate Leopoliensis prata huiusmodi premissa Mlynyszcze ex donacione Regie Maiestatis pro Ecclesia et Capitulo datum et adiunctum, quam eciam Czaraczenycza apud Chothko Pyantniczsky titulo empcionis, ut premissum est, pro peccunys (*sic*) comparatum atque emptum, habenda, tenenda, possidenda, falcastranda, commutanda, alienanda, vendenda et obliganda, ac in usus Ecclesie prenotate et ipsorum convertenda, prout ipsis et ceteris existentibus Canonicis melius, comodosius et utilius videbitur expedire. Et ut hec donacio et adiunctio nomine Regie Maiestatis per nos facta Vendicioque premissa robur obtineant perpetue firmitatis, presentes literas nostri appensione Sigilli iussimus communiri. Datum in Leopoli feria quinta infra octawas celebritatis festi Penthecostes *(20 Maja)* De Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Presentibus Magnifico, Generosis et Nobilibus Dominis Iohanne de Knyehinicze Castellano Haliciensi, Stiborio de Wischnya Iudice, Iohanne de Wissokye Subiudice Leopoliensibus, Wincencio Chochlewsky, Petro de Brannycza et Georgio de Malczicze Heredibus, Alysque testibus fidedignis ad premissa.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. XXVII, nr. 6), pieczęć oderwana, pozostał po niéj tylko pasek pergaminowy. Na odwrotnéj stronie pergaminu kilka napisów współczesnych, a mianowicie:

Anno Domini 1456

Odrovass Capitulo impetravit Mliniscze.

Super prato litera et super predio iuxta laneum prope pontem, et confirmatio regis Kazimiri 1469.
Videnda situatio et circumfererentia *(sic)*.

# LXXXV.

**Kazimierz Jagiellończyk zastawia miasteczko Jaworów z wsiami Olszanicą, Załużem i Jazowem, jako i wsie Obroszyn i Moloczkowice Piotrowi Szamotulskiemu, kasztelanowi poznańskiemu, w długu 1300 grzywien zwykłéj monety i 1650 złotych węgierskich, które u niego na zapłatę wojennéj wyprawy do Prus zaciągnął był.**

**1456.**

**In nomine domini. Amen.** Ad perpetuam rei memoriam. Ne actus hominum tractu temporis et morsibus oblivionis evanescant, consulta et matura humana provisio consuevit testium scripturarumque annotacione perhennare. Proinde Nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie Nec non Terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie etc. Magnus dux Lythwanie, Russie, Prussieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Quia cum auspice deo Terras Nostras Prussie manu violenta et illicita occupacione a Regno Nostro Polonie abrogatas, eidem Regno Nostro reunivimus et reincorporavimus atque Castrorum Civitatumque in dictis Terris Nostris Prussie existencium tuicioni et provisioni intendentes, ac ad refrenandam aliquorum Incolarum earundem Terrarum Nostrarum rebellionem certos stipendarios (*sic*) et servitores suscepimus susceptosque gwerris durantibus in servicio Nostro tenuimus ac successu temporis ab eisdem servitoribus et stipendarys pro servicys demeritis moniti varysque modis instancius requisisti (*sic*) fuissemus, quibus de solucione ac Castrorum sive Civitatum Nostrarum in dictis Terris Prussie consistencium conservacione matura deliberacione providere cupientes, de consilio, voluntate et consensu prelatorum, Baronum aliorumque consiliariorum Nostrorum, in hac Convencione generali lateri Nostro assidencium, Magnifico Petro de Schamotuli, Castellano poznaniensi, sincere Nobis dilecto, ipsiusque legittimis successoribus Opidum Nostrum Iaworow cum villis Olschanycza, Zalusze, Iezow[1]) in Terris Russie et districtu Grodnensi (*sic*) sitis, cum hys metis et graniciebus, incipiendo a principio Silve, alias odwyrzchowyska (*sic*) iacentis circa fluvium dictum Szczklo usque ad aggerem, dictum podlubska grobla, in suo giro prata dicta Iagyelnycza et Brzyszka, et alia continens; et a pod-

[1]) Miejscowości te leżą w powiecie Jaworowskim. W tym samym także *Moloczkowycze* dzisiaj Mołostkowice.

lubska grobla usque ad Glynne doly et a Glynne doly usque ad Rivulum, dictum Ruthky, item a predicto Rivulo Ruthky usque ad locum Trzydamby et a Trzydamby recto tramite usque ad aggerem Choblowska grobla, item a Coblowska (*sic*) grobla usque ad Rivulum, dictum Wassownycza, et a Rivulo Wassownycza usque ad silvam, dictam podrudziensky lasz, et a podrudziensky lasz usque ad Rivulum, dictum Studzienycza, et a dicto rivulo Studzienycza usque ad montem, dictum Glynnagora, item a glynnagora usque ad stratam viam ducentem de Iaworow ad nochaczewo, et hac via procedendo usque ad fluvium Rothyczyn, per nemora et arva, alias nywy, usque ad Rivulum, dictum Ruthky, inferius molendinum Starzyczsky, nominatum pyla, iacentem; item a Ruthky Rivulo usque ad fontem, dictum vonyaczka, et a dicto fonte vonyaczka circumferencialiter eundo usque ad principium prefate silve, Scziekyelsky lassek; ac villam Obroschyn[1]), similiter in Terris Russie et districtu leopoliensi prefatis, eciam cum graniciebus et limitibus, scilicet a thaberna, dicta Bartholtowa karmcza (*sic*), usque ad valles, dictas dolyny, iacentens (*sic*) circa viam ducentem de leopoli ad zymnawoda, et a dolyny usque ad lutum, dictum Crznylowskye blotho, iacentem inter obroschin et Crznylow[2]), et a dicto luto usque ad aggerem, dictum odowyczska grobla, item a odowyczska grobla usque ad sillam (*sic*), dictam Myedzwedzy lászek, et a silva predicta usque ad fluvium, dictum Stawczany, et ab isto fluvio usque viceversa versus thabernam prefatam Bartholtowa karmcza (*sic*) cum villis Moloczkowycze, in Terris Russie et districtu Grodensi (*sic*) prefatis iacentibus, prout alias super villas earumque granicies suprascriptas et prata prefata, videlicet Iagelnycza et Brzyska, littere Germani Nostri domini Wladislai, divi recordy antecessoris Nostri, de data Anni Incarnacionis domini millesimi quadringentesimi tricesimi sexti Magnifico olim Vincencio de Schamotuli, Castellano Myedzyrzecensi et Capitaneo Terre Russie generali, date per nosque tanquam sane, salve vise sufficienterque auscultate et sub eisdem forma ac tenore verborum et alias prout superius est expressum et prout prefate granicies sunt supra descripte sive pacificate continebant, dictorumque Opidi et villarum prefatarum utilitatibus, censibus, fructibus, redditibus ac agris cultis sive incultis, pratis, pascuis, graminibus, silvis, borris, nemoribus, indaginibus, quercetis, pinetis, rubetis, sareptis, (*sic*) mericis, mellificys, aucupacionibus, venacionibus, rivulis, rivis, torrentibus, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis, aquaticis et ventilibus, factis sive fiendis et eorum emolimentis, montibus, collibus, vallibus, honoribus (*sic*),

[1]) Obroszyn w powiecie Grodeckim.
[2]) *Crznylow*, Sknilów w powiecie Lwowskim. *Bartholtowa karczma* dzisiaj Bartatów w powiecie Grodeckim.

angarys, laboribus, donacionibus, donacionibus foralibus, stacionibus, theloneis et Iure patronatus Ecclesiarum erectarum et erigendarum, ceterisque usibus, pertinencys, adiacencys, obvencionibusque universis ac cum omni Iure, dominio et proprietate, nichil pro Nobis et Nostris successoribus et (*sic*) eisdem penitus reservando, ac ita late, longe et circumferencialiter, prout in suis metis prefatis sunt limitata et distincta, pro mille trecentis marcis monete et numeri polonicalis consueti, quadraginta videlicet octo grossos in quamlibet marcam computando, ac mille sexingentis et quinquaginta florenis hungaricalibus, puri auri et iusti ponderis, apud ipsum Petrum Castellanum poznaniensem predictum receptis et pro expedicione dictorum stipendariorum datis et effectualiter per Nos Nos (*sic*) conversis, vendidimus et vendimus perpetuis temporibus in spem reemcionis, alias Nawederkow, per presentes, per ipsum Petrum et suos legittimos successores tenendum, habendum, possidendum et utifruendum pacifice et quiete, prout sibi et suis legittimis successoribus melius et utilius videbitur expedire. Insuper eciam tocius Iuris et dominy Nostri in predicta vendicione integritas ad prefatum Petrum dovolvatur, per quod uberiores fructus in eisdem Opido et villis recipere conquirere possit et valeat, dictam vendicionem tanquam legittimam et sufficientem verificando, licebit ipsi Petro et suis legitimis successoribus libere et cum plena facultate Nostra et Nostrorum successorum, quovis impedimento cessante, alias villas, predia, bona et possessiones quascunque intra limites Opidi et villarum predictarum de nova radice Iure theutunico seu polonico locare, advocaciasque sive scultecias in prefatis Opido Iaworow et villis consignare ac litteris ipsius sive suorum successorum easdem Scultecias sive advocacias inscribere, vendere, donare, commutare et quovismodo alienare, prout sibi et ipsius legittimis successoribus melius ac utilius videbitur expedire. Quarum advocaciarum sive Sculteciarum donaciones, vendiciones, empciones, commutaciones sive quascunque alienaciones suis et suorum successorum litteris et sigillis communitas et consignatas ratas, gratas atque firmas ac robur perpetue efficacie habere volumus et debemus easque ratificamus et approbamus tenore presencium mediante perpetuis temporibus, in omnibus punctis et clausulis firmiter duraturas. Harum quibus testimonio litterarum Sigillum Nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Convencione Generali pyothrkoviensi feria quarta in crastino sancti Mathei Apostoli et Evangeliste *(22 Września)* Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Presentibus ibidem Reverendissimo et Reverendis in Christo patribus dominis Iohanne Sancte Ecclesie Gneznensis Archiepiscopo et Primate, Thoma Cracoviensi et Andrea Poznaniensi Episcopis, Necnon Magnificis

et Strenuis Iohanne de Czyzow Castellano et Capitaneo, Iohanne de Thanczin Pallatino (*sic*) Cracoviensibus, Przedborio de Conyeczpole Sandomiriensi, Petro de Gay Calisiensi Castellanis et alys quampluribus consyliarys Nostris, sincere dilectis. Datum per manus Reverendi in Christo patris domini Iohannis Episcopi Wladislaviensis, Cancellary, ac venerabilis Iohannis luthkonis de Brzezie Iurisutriusque doctoris, Archidiaconi Gneznensis, vicecancellary Regni Polonie, sincere dilectorum.

Ad Relacionem eiusdem Reverendi patris domini Iohannis Episcopi Wladislaviensis et Regni Polonie Cancellary.

Oryginał na wielkim arkuszu pergaminowym w arch. arcyb. metr. lwowsk. obrz. łac. (Nr. XIX) bardzo starannie pisany i dość dobrze zachowany, z pieczęcią królewską większą (Zob. Działyński, Statut litewski, tablica VII, nr. 1.) zawieszoną na sznurach jedwabnych koloru niebieskiego, białego i różowego. Na odwrotnéj stronie pergaminu kilka napisów późniejszych między innymi:

Oblata et revisa in Conventione Regni Varssoviensi 13 marcii 1564.

Dokument ten drukował Al. hr. Stadnicki: Ziemia lwowska i t. d. str. 98 i nast. dodatek nr. XIX według kopii z wieku XVII w wielu miejscach niezgodnéj z oryginałem.

## LXXXVI.

### Kazimierz Jagiellończyk pozwala Grzegorzowi z Sanoka, arcybiskupowi lwowskiemu, wykupić wsie Kamionobrod, Czuniów i Zuszyce z rąk tych, którzy wsie te od króla w zastawie trzymali. 1456.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, Magnus dux Lythwanie, Russie, Prussieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis, Quomodo de Baronum Nostrorum speciali consilio in hac Convencione Nove Civitatis existencium ob merita multiplicia Reverendissimi in Christo patris Gregory Archiepiscopi, sincere Nobis dilecti, et eciam attendentes defectum ecclesie ipsius predicte, sibi villas Nostras Camyonibrod et Czunyow de manibus famosi Clementis Civis leopoliensis et Dzuschicze[1]) de manibus uxoris et filiorum vel filiarum olim Dzyk[2]), in Terra Russie (*et*) districtu leopoliensi sitas, redimere indulsimus, quas quidem villas dum prefatus dominus Ar(*chiepiscopus r*)edimerit in eisdem pecunys, sicut sunt

---

[1]) Kamienobrod, Czuniów, Zuszyce wsie w powiecie Grodeckim.

[2]) Porównaj dokumenta Nr. L, LXIII, LXIV.

eisdem obligate, debet eas cum omni Iure et dominio, *(necnon)* cum earundem censibus, fructibus, proventibus, redditibus, agris, pratis, pascuis, silvis, borris, nemoribus, querectis, mericis, rubetis, aquis, stagnis, fluvys, fluminibus, paludibus, piscinis, piscaturis, molendinis, Thabernis, mellificys, aucupacionibus, venacionibus et generaliter cum omnibus attinencys, pertinencys et obvencionibus universis, sicut eas predicti Clemens et Dzyk in omnibus suis circumferencys et limitibus ab antiquo spectantibus tenuerunt et habuerunt, tenere, habere, possidere, cum omni Iure et dominio, tam diu quousque eidem domino Archiepiscopo aut suis successoribus Archiepiscopis leopoliensibus per Nos aut Successores Nostros dicte pecunie, que fuerant dictis Clementi et Dzykovi tam a pye memorie fratre Nostro et domino duce Szwytrigallo inscripte, et per dictum dominum Archiepiscopum in eisdem redempte, integre persolute fuerint et cum effectu. Stacionibus tamen Nostris semper salvis. In cuius rei testimonium Sigillum Nostrum presentibus est appensum. Datum in Convencione Nove Civitatis in crastino Sancti Luce (*19 Października*) Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto.

Dominus Rex de Consilio prelatorum et Baronum.

Oryginał na ćwiartce pergaminowéj w arch. arcyb. metr. lwowsk. obrz. łac. (Nr. XVIII) w kilku miejscach uszkodzony, z pieczęcią królewską mniejszą zawieszoną na pasku pergaminowym (zob. Działyński, Statut litewski, tabl. VII, nr. 2.). Dokument ten według notaty umieszczonéj na odwrotnéj stronie pergaminu był intabulowanym 4 Lutego 1784 in Libro Fundation. Tomo 13 p. 71.

## LXXXVII.

**Kazimierz Jagiellończyk pozwala Grzegorzowi z Sanoka, arcybiskupowi lwowskiemu, zakupić drugą część wsi Malczyc, jako i wszystkie inne wsie, któreby chciał nabyć, aż do wysokości stu grzywien rocznéj intraty.**
**1456.**

**In nomine domini. Amen.** Ad perpetuam rei memoriam. Anxia est et labilis rerum humanarum memoria nisi literarum (*apicibus et testium annotacione perhennetur.*) Proinde Nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, Magnus dux Lythwanie Necnon Terrarum *(Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie,)* Cuyavie, Pomeranieque Princeps Supremus Russieque et Prussie dominus et heres etc. Significamus tenore pre-

sencium quibus expedit universis harum noticiam habituris, Quomodo attendentes proventus et introitus Ecclesie metropolitane leopoliensis ob novam plantacionem pro statu et dignitate Archiepiscopali nondum sufficere, propter quod eciam ipsius Archiepiscopi neque sibi neque Ecclesie, sed neque eciam reipublice valent, prout decet, bene consulere. Quapropter pro parte Reverendissimi in Christo patris domini Gregory Archiepiscopi eiusdem Ecclesie leopoliensis Nobis in hac convencione humiliter supplicatum est, quatenus sibi in empcionem tocius ville Malczicze[1]) in Terra Russie et Districtu leopoliensi, cuius partem iam emit et comparavit et eciam in alteram partem eiusdem ville comparandi facultatem necnon aliarum villarum seu bonorum, quecunque in Terra Russie aut alias in Regno Nostro dictum dominum Archiepiscopum comparare *(continge)*ret, Nostrum benignum preberemus consensum eaque confirmare et libertare dignaremur graciose. Nos itaque atte*(ndentes)* . . . . . .[2]) et racioni consonam esse huiusmodi supplicacionem, de Prelatorum et Baronum Nostrorum Consilio ac unanimi vo*(luntate)* . . . . . .[3]) empcionem iam factam videlicet partis Malczicze et in aliam totam partem comparandam ac aliarum vil(*larum aliorum*)-que bonorum, que et quas prefatus dominus Archiepiscopus comparare aput (*sic*) quascumque personas pro ecclesia sua pr(*edicta contin*)gerit, consentimus eaque omnia bona per ipsum dominum Archiepiscopum empta et imposterum usque ad centum marcarum communis monete polonicalis summam annui census, ex agris sic comparandorum et emendorum bonorum provenientibus, emenda aut comparanda pro dicta leopoliensi Ecclesia, ac si iam essent per eundem dominum Archiepiscopum vel eius successores empta et comparata, ratificamus, confirmamus et approbamus tenore presencium mediante, libertantes easdem villas ac bona sic per eundem vel successores suos comparanda seu iam comparata more aliarum villarum et bonorum et iuxta libertatem privilegiorum leopoliensis Ecclesie eas et ea perpetuis temporibus volumus conservare. Harum quibus Sigillum Nostrum presentibus est appensum testimonio litterarum. Actum in Convencione Nove Civitatis feria tercia post festum Beati Luce Evangeliste (*19 Października*) Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Presentibus ibidem Reverendo in Christo patre Domino Thoma Episcopo, Iohanne de Czyzow Castellano, Iohanne de Thanczin Palatino Cracoviensibus, Iohanne de Oleschnycza Sandomiriensi, Andrea Odrowansz de Sprowa Leopoliensi palatinis,

---

[1]) Zobacz Nr. LXXIII, LXXV, LXXX i LXXXII.

[2]) Zniszczony jeden wyraz, może *iustam*.

[3]) Zniszczony jeden wyraz.

Predborio de Conyeczpole Sandomiriensi, Iohannne Kmytha (*de*) Wyschnycze leopoliensi Castellanis at alys quam pluribus fidedignis. Datum autem per manus Venerabilis Iohannis Lutek de (*Brzezie*) Iuris utriusque Doctoris, Archidiaconi Gneznensis et Regni Nostri Polonie Vicecancellary, sincere Nobis dilecti.

Dominus Rex de Consilio
Prelatorum et Baronum.

Oryginał na pergaminie w arch. arcyb. metrop. lwowsk. obrz. łac. (Nr. XX.) w kilku miejscach znacznie uszkodzony, niedbale pisany, na sznurach jedwabnych koloru czerwonego i niebieskiego zawieszoną pieczęć mniejsza królewska (Zob. Działyński, Statut litewski, tabl. VII, nr. 2). Luki *kursywą* oznaczone staraliśmy się wypełnić.

# LXXXVIII.

**Kazimierz Jagiellończyk pozwala Grzegorzowi z Sanoka, arcybiskupowi lwowskiemu, zakupić drugą część wsi Malczyc, jako i wszystkie inne wsie, któreby nabyć zamierzał, aż do wysokości stu grzywien rocznéj intraty a zarazem poddaje wszelkie te majętności pod jurysdykcyą duchowną.**
**1456.**

**In nomine domini Amen.** Anxia et labilis est rerum humanarum memoria, nisi literarum apicibus et testium annotacione perhennetur. Proinde Nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie Necnon Terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Magnus dux Lythwanie, Russie, Prussie Necnon Culmensis, Elbingensis et Pomeranie dominus et heres etc. Ad perpetuam rei memoriam. Significamus tenore presencium quibus expedit universis tam presentibus quam futuris, harum noticiam habituris, Quomodo sollicita animadversione ac diligencius attendentes proventus, introitus et emolimenta Ecclesie Metropolitane leopoliensis, in Terris Nostris Russie noviter erecte, fundate et institute, ob sui novam plantacionem pro statu et condicione Archiepiscopalis dignitatis sufficere non posse, propter quod eciam ipsius Ecclesie Archiepiscopi et pastores neque sibi neque ipsi Ecclesie, sed neque Reipublice consilio et profectu quo pacto utiles esse possunt, cupientes igitur dicte Ecclesie Leopoliensis condicionem facere meliorem, ut in illa uberioribus comoditatibus et facultatibus refecta divine

laudis preconium et archiepiscopalis status condicio copiosius augeatur, peticionibus insuper Reverendi in Christo patris domini Gregory, archiepiscopi eiusdem Ecclesie leopoliensis, Nobis in presenti Convencione humiliter oblatis, benigniter acclinati, in empcionem tocius ville Malczicze, in Terra Russie et Districtu Leopoliensi site, cuius iam alteram partem coemptam precio et pecunys comparavit, necnon ad aliarum villarum seu bonorum quorumcunque, quecunque in Terris Nostris Russie aut alias ubicunque in Regno Nostro dictum dominum Archiepiscopum aut suos Successores comparare aut coemere contingeret pro ipsa Ecclesia Metropolitana Sibi et suis Successoribus archiepiscopis leopoliensibus seu alys quibuscunque personis, usque ad Centum marcarum comunis monete et numeri polonicalium Summam annui Census, duntaxat ex agris, Censualibus provenientem sic comparandorum et coemendorum bonorum inclusive emendum et comparandum, plenam et omnimodam attribuimus facultatem, Nostrum quoque Regium consensum pariter et assensum, de certa Nostra sciencia et Consiliariorum Nostrorum consilio, prebemus et largimur ad premissa tenore presencium mediante, per prefatum dominum archiepiscopum suosque Successores archiepiscopos et Ecclesiam Leopoliensem prescriptam villam Malczicze Necnon alias villas atque Bona hereditaria pro prescripta Ecclesia Leopoliensi usque ad Summam Centum marcarum, duntaxat ex agris, censualibus provenientem, annui census, ut prefertur, coemenda et comparanda, quibuscunque nominibus nuncupentur et quorum nomina volumus hic haberi pro expressis, perpetuo tenenda, habenda, utifruenda et eviterne, pacifice et quiete possidenda cum omnibus et singulis Iuribus, proventibus, introitibus, censibus, redditibus, agrisque, pratis, campis, allodys, predys, graminibus, graminetis, pascuis, silvis, borris, gays, mericis, nemoribus, indaginibus, rubetis, pinetis, virgultibus, (*sic*) montibus, collibus, mellificys, piscinis, piscaturis, fluvys, fluminibus, lacubus, stagnis, rivis, torrentibus, aquis et earum decursibus, venacionibus, aucupacionibus, mineris, molendinis et eorum emolimentis et generaliter cum omni Iure, dominio et proprietate ac omnibus et singulis pertinencys, attinencys, coherencys et obvencionibus universis, quocunque nomine nuncupentur generali aut speciali et que hactenus ibidem sunt vel arte humana fieri possunt in futurum, et ita late, longe et circumferencialiter, prout dicte ville sic coemende et comparande in suis greniciebus (*sic*), limitibus et gadibus distincte sunt ab alys et limitate. Et insuper volentes dictam Ecclesiam metropolitanam leopoliensem amplioribus graciarum nostrarum munificencys abundare, prefatam villam Malczicze et quascunque alias villas seu bona usque ad Summam Centum marcarum annui census duntaxat ex agris Censualibus

provenientem, sic ut premittitur, per sepenominatum dominum Gregorium suosve Successores archiepiscopos Leopolienses seu quascunque alias personas pro ipsa Ecclesia Metropolitana Leopoliensi coemenda et comparanda, quocunque vocabulo nuncupentur, ut prefertur, de Iure Seculari in Ius et Sortem Ecclesiasticam exnunc de certa Nostra sciencia et Nostrorum Consiliariorum consilio transferimus et transponimus absolvimusque et liberamus perpetuo, tenore presencium mediante, easdem villas atque bona Sorti, dicioni et proprietati Ecclesiastice in evum ascribentes, appropriantes, incorporantes et inviscerantes eviternis temporibus duraturum. Harum quibus Sigillum Nostrum est appensum testimonio literarum. Actum in Convencione Nove civitatis alias Corczin feria tercia post festum Beati Luce Ewangeliste (*19 Października*) Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Presentibus ibidem Reverendo in Christo patre domino Thoma Episcopo, Iohanne de Czyszow Castellano, Iohanne de Thanczin Pallatino (*sic*) Cracoviensibus, Iohanne de Oleschnycza Sandomiriensi, Andrea Odrowansz de Sprowa Leopoliensi Pallatinis, (*sic*) Predborio de Conyeczpole Sandomiriensi, Iohanne Kmytha de Wyschnycze Leopoliensi Castellanis et alys quampluribus fidedignis. Datum autem per manus venerabilis Iohannis Iuthconis de Brzesze Iurisutriusque doctoris, Archidiaconi Gneznensis, Regni Polonie vicecancellary, sincere Nobis dilecti.

Dominus Rex de Consilio
Prelatorum et Baronum.

Oryginał na pergaminowym wielkim arkuszu w arch. arcyb. metrop. lwowsk. obrz. łac. (Nr. XXI) dobrze zachowany i bardzo starannie pisany. Na sznurach jedwabnych koloru czarnego, czerwonego i białego zawieszona niezgrabnie i bardzo głęboko w wosku wyciśnięta pieczęć królewska mniejsza (Zob. Działyński, Statut litewski tabl. VII, nr. 2). Dokument ten jest widocznie powtórną, staranniejszą redakcyą poprzedniego, był on intabulowanym 4 Lutego 1784 r. in Libro Fundationum Tomo X, pag. 76.

## LXXXIX.

### Andrzéj Odrowąż ze Sprowy, wojewoda i starosta jeneralny ruski, rozstrzyga spór między kapitułą a urzędnikami starościńskimi, dotyczący młynów kapitulnych.
### 1457.

Nos Andreas Odrowansz de Sprowa Palatinus et Capitaneus terre Russie generalis Significamus tenore presencium quibus expedit universis, Quod volentes sedare

controversias aliquociens inter Venerabiles dominos Capitulares Sancte Metropolis Leopoliensis ecclesie et officiales nostros exortas nostri in absencia Racione libertatis molicionis in predictorum Dominorum Capitularium molendinis, visis ipsorum privilegys et cum hoc antiqua consvetudine a Civibus Leopoliensibus et ipsius Civitatis suburbanis examinata super eo, quod propter elongacionem molendinorum predicti Capituli a civitate Ipsorum molendinatores frumenta de Civitate ad molendina sua ducere consweverunt, Nos igitur volentes prefatos dominos Capitulares tempore tenute nostre circa ipsorum Iura et conswetudines conservare, Mandamus officialibus nostris pro tempore existentibus, ut ipsos et eorum molendinatores sive eciam homines ad ipsorum Molendina frumenta ducentes non impediant, quod si secus fecerint nostra prorsus in hac re defensione carebunt. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum Leopole (*sic*) feria Tercia post Octavas Visitacionis virginis Marie Gloriose (*12 Lipca*) Anno Domini Millesimo Quadringentisimo (*sic*) Quinquagesimo Septimo.

Oryginał na małéj ćwiartce pergaminowéj w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. XIV, nr. 3). Na pasku pergaminowym zawieszona była pieczęć dziś zaginiona.

## XC.

### Michał dziedzic na Złotnikach zakłada i uposaża kościół w Złotnikach. 1459.

In nomine domini amen. Ego Michael heres in Zothnyky (*sic*) Notifico tenore presencium quibus expedit universis tam presentibus quam futuris noticiam habituris, Quomodo cupiens felici comercio terrena in celesticia (*sic*) et transitoria in eterna permutare pro salute anime mee et genitoris nostri dive memorie et aliorum amicorum meorum Ecclesiam parrochialem in zlothnyky[1]) ad honorem dei omnipotentis et eius sancte Deigenitricis virginis Marie ac ob reveranciam (*sic*) gloriosi pontificis sancti Stanislai martyris, adalberti, Iohannis baptiste, Nicolai confessoris Ecclesiam de novo in nostro opido zlothnyky erexi, fundavi, construxi. Volens igitur, ut eandam (*sic*) Ecclesiam (*sic*) possit perpetue permanere et in evum et cultus Divinus

---

[1]) Złotniki wieś w powiecie podhajeckim.

tanto sedulius agatur, sano fretus amicorum consilio pro remissione peccatorum bonis michi (*sic*) ab altissimo concessis Infra scriptis eandam (*sic*) Ecclesiam dotavi et donavi, quibus predicta Ecclesia debet gaudere et Rector eiusdem Ecclesiam (*sic*) protunc existens una cum ministris suis. Primo donamus duos laneos cum piscina ex opposito laneorum in Campo cum pratis iacentibus penes viam eundo in Zarwanycze[1]), penes Ripam piscine a zarvanycze. Item duas curias de novo situare penes curiam plebani versus circulum in platea. Item de Catholicis a quolibet catholico agrum colente de qualibet domo tenentur dare et debent duos Choros frumenti alias Czethvyerthnya, unum Siliginis et alium avene cum sedecim grosiculis, videlicet singulis quatuor temporibus per quatuor grosiculos. Item scismatici de qualibet curia tenentur tres Choros dare, unum tritici, alium siliginis, tercium avene annuatim ad festum sancti Martini. Item de quolibet grano molere in molendino absque metreta et serulum conficere in nullum. Item scindere ligna pro igne, secundum quod mei homines scindunt de magnis arboribus vel truncis iacentibus. Item in piscinis pro mensa plebani piscare szabrodnya vel saag. Item decima post araturas meas utriusque grani et segetum. Ceterum homines predicti honorabilis domini plebani protunc existanti (*sic*) debent respondere Iure thewtunico, sicut et ceteri homines zlothnycenses non coram alio, nisi coram advocato protunc existentibus eiusdem civitatis. In cuius rei testimonium Sigillum meum presentibus est appensum. Actum et datum in Zothnyky (*sic*) infra octavas Assumpcionis beate virginis marie *[między 16 a 22 Sierpniem]*[2]) Anno Domini Millesimo quadricentesimo (*sic*) quinquagesimo nono, presentibus hys testibus Honorabili ac nobilibus Swanthoslao plebano Trebowliensi, Petro Dobyeowsky, Iacobo et Symone Zarvanyczky heredibus Necnon sagacibus ac providis Consulibus et Iuratis opidanis in zothnyky (*sic*) Deszkone viceadvocato, petro konopka, Symone Bogdan, Chryn alias pyrog consulibus, Mathias (*sic*) Krzyczygącz, Mathias (*sic*) quaszny, Loszthun, Ianko vyrtesz, Lasor fabro alias noszka Ceterisque fide dignis ad premissa testibus specialiter vocatis et rogatis.

Oryginał na pergaminie w arch. kons. metr. lwowsk. obrz. łac., pieczęć oderwana, pozostał tylko pasek pergaminowy. Na odwrotnéj stronie pergaminu współczesną ręką napisano:

Privilegium Ecclesie in Szlothniky.

---

[1]) Zarwanica wieś w powiecie podhajeckim.

[2]) Daty téj ściśléj rozwiązać nie można, ponieważ w dyplomie zapomniano dodać, w który dzień podczas oktawy dokument wystawiono.

# XCI.

**Ścibor z Wiszni sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Jan i Katarzyna małżonkowie Hermanowscy dłużni są dwieście grzywien zwykłéj monety Mikołajowi Gołogórskiemu, podstolemu lwowskiemu. 1460.**

Nos Stiborius de Vyschnya Iudex et Iohannes de Vyssokye Sub Iudex Terrestres Leopolienses generales Significamus tenore presencium quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, Quomodo ad nostramque (*sic*) nostrorum assessorum presenciam venientes personaliter Nobiles Iohannes Hermanowsky[1]) et uxor sua Katherina de Czarnuszowycze[2]) recedendo a literis sui dotalicy, alias wyana swego, non compulsi, nec coacti seu aliquo errore seducti, mente, corporeque existentes sani, de ipsorum libera ac spontanea voluntate, coram Nobis recognoverunt, quia pro providis Ioszkone et Bohdan, leopoliensibus Iudeis, ducentas Marcas pecunie communis monete et numeri polonicalium consweti, Marcam in quamlibet Quadraginta octo grossos computando, in manus generosi domini Nicolai de Golygori[3]), leopoliensis subdapiferi, fideiusserunt, De quibus ducentis Marcis dicti Iudei fato domino Nicolao gologorszky Centum Marcas ad festum circumcisionis Domini proxime venturum, et alias centum Marcas eciam ab eodem festo circumcisionis Domini ad aliud, hoc est per annum solvere sunt obligati. Si autem pecunias centum Marcas pro primo festo circumcisionis Domini et alias centum Marcas pro alio festo circumcisionis Domini, prout expressum est, per annum non solverint, extunc in crastino cuiuslibet termini non solucionis, racione prorogate solucionis seu prolixe exspectacionis, totidam *(sic)* Dampni succumbant, quod quidam *(sic)* Dampnum in pecunias capitales convertetur, omni Iuramento corporali ipsius Domini Nicolai Gologorszky excluso, super simplicem assercionem. In quibus quidam penis pro primo termino Ducentis Marcis et in secundis Ducentis Marcis tam capitalibus quam prolapsis pro secundo termino memorati videlicet Iohannes Hermanowszky et Katherina uxor eius, tanquam fideiussores in villam dictam Czarnuszowycze, in districtu leopoliensi sitam, cum omni Iure, Dominio et proprietate, eodem die primi et secundi

---

[1]) Hermanów wieś w powiecie lwowskim.
[2]) Czarnuszowice wieś w powiecie lwowskim.
[3]) Gołogóry miasteczko w powiecie złoczowskim.

termini non solucionis intromissionem dare debent, et se per presentes submiserunt, Et se submittentes Iudicem terrestrem, qui pro tempore fuerit, effecerunt potentem in addicionem, alias kuprzydanu, Ministerialis pro primo et secundo termino non solucionis ad dandam intromisionem Domino Nicolao Gologorsky in villam memoratam Czarnuszowycze Ipsoque intromisso Dictam villam Czarnuszowycze cum omni Iure, Dominio et proprietate, utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus, agris, pratis, Campis, Silvis, aquis et earum decursibus, piscinis et earum demissionibus, molendinis et eorum emolimentis et Thaberna illa, quia *(sic)* iacet in via ad Hermanow, ac obvencionibus generaliter universis, ad dictam villam quomodolibet spectantibus, quocumque genere et vocabulo censeantur, tenebit, habebit et possidebit a festo nativitatis Domini ad aliud et sic ab anno ad annum, tam diu quousque dicte ducente marce capitales et prolapse eciam ducente per ipsos videlicet Iohannem et Katherinam de Czarnuszowycze et successores ipsorum Domino Nicolao Gologorszky plenario fuerint persolute. In cuius quidam ville dicte possessione dicti videlicet Iohannes et Katherina et posteruitas *(sic)* ipsorum legittima ab omni persona sexus utriusque et ab illis qui priores inscripciones aut posteriores super dictam villam haberent, ipsas cassando, protegere et tueri sunt obligati et tenebitur (*sic*). Si autem non protegerent aut intromissionem non admitterent, et ob hoc citari se darent, sit in Ius terrestre aut castri Leopoliense (*sic*), extunc sub ammisione cause proprie stare debent, ullas . . . .[1])ssiones et dilaciones non faciendo, ipsumque Dominum Nicolaum Gologorszky nullo Iure evadendo nec literis regalibus, bello, expedicione, prescripcione, legacione, colloquio generali, novis aut veteribus constitucionibus seu laudis terre, vera et simplici infirmitate, nec reclamacione et reposicione terminorum causa belli, nec se excipiendo ad districtus aut pro maiori nec aliqua re excogitata, Sed quibuscunque modis evadere vellent, hys omnibus in primo termino parere debent et totam suam causam perdere, succumbendo per tres Marcas Iudicio et parti. Et iam in eodem primo termino Dominus Nicolus Gologorszky sepe fatus ipsos videlicet Iohannem et Katherinam de Czarnuszowycze in toto suo lucro, dampnis et penis condempnare potens erit, tanquam in termino peremtorio. Super que omnia per Dominum Nicolaum Gologorszky memoriale est positum, per nos vero receptum. In Cuius rei testimonium Sigilla nostra sunt appensa. Actum et Datum Leopoli feria sexta proxima festum Circumcisionis[2]) [?] In terminis particularibus Anno domini Millesimo Quadringentesimo

[1]) Kilka liter nieczytelnych.
[2]) Przed *festum* opuszczono *ante* lub *post* prawdopodobnie *post*, w takim razie dokument ten byłby wystawiony 4 *Stycznia*.

Sexagesimo. Presentibus ibidem Magnificis, Generosis et Nobilibus dominis Iohanne de Knyhynycze Castellano Haliciensi, Nicolao Romanowszky subpincerna, petro Chwal de pelnatycze tribuno leopoliensibus, Martino Romanowszky, petro Braneczky, Paulo Buczynsky, Iohanne Iura de Dubrowka, Maszkone Balaban et alys quampluribus testibus fidedignis circa premissa.

Oryginał na ćwiartce pergaminowéj w arch. arcyb. metr. lwowsk. obrz. łac. (Nr. XXIV). Zawieszone były dwie pieczęcie, z tych jedna oderwana, druga wisząca na pasku pergaminowym przedstawia odcisk herbu Odrowąż, jest to pieczęć Jana z Wysokiego. Na odwrotnéj stronie pergaminu współczesny napis:

Recognicio super ducentas Marcas Domino Gologorsky per Iohannem Hermanowsky et uxorem suam. 1460.

## XCII.

**Ścibor z Wiszni sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Mikołaj Bielecki zastawił wieś swą Białę arcybiskupowi Grzegorzowi lwowskiemu za siedemdziesiąt złotych węgierskich przez arcybiskupa jemu pożyczonych. 1460.**

Nos Stiborius de Visnya Iudex et Iohannes de Vissokye Subiudex Terrestres Leopolienses generales Significamus tenore presencium quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, Quomodo veniens personaliter ad nostram, nostrorum assessorum presenciam Nobilis Nicolaus Byeleczsky, non compulsus, nec coactus, nec aliquo errore devio seductus, mente, corporeque existens sanus, de ipsius ultronea voluntate coram nobis recognovit, se teneri certi ac veri debiti Septuaginta florenos hungaricales puri auri iustique ponderis Reverendissimo in Christo patri et domino domino Gregorio, dei gracia Archiepiscopo Leopoliensi. In quibus quidem Septuaginta florenis auri et ponderis pretactorum villam suam hereditariam Byele[1]) dictam, in districtu Leopoliensi sitam, cum omni Iure, dominio et proprietate, nichil Iuris, proprietatis et dominy pro se suisque Successoribus legitimis in eadem villa penitus reservando, a festo Nativitatis domini nunc instantis ad aliud et sic ab anno ad annum iuxta primam inscripcionem fato domino Archiepiscopo et suis Successoribus tenere obligavit. Iamque Ma-

[1]) *Byele* dzisiaj Biała w powiecie przemyślańsklm.

thiam pyeczoni Ministerialem tonsum de iure additum ad intromissionem addidit. Quam quidem villam Byele ante fatus dominus Archiepiscopus ex obligacione ipsius Nicolai Byeleczsky tenebit, habebit iuxta expressum a festo Nativitatis domini ad aliud et sic ab anno ad annum cum omni Iure, dominio et proprietate, utilitatibus, redditibus, censibus, fructibus, agris, pratis, campis, silvis, mericis, borris, quercetis, rubetis, aquis earumque decursibus, lacubus, stangnis, piscinis earumque demissionibus, molendinis et emolimentis eorum, tabernis, kmetonibus, laboribus, consomacionibus, mellificiis, donacionibus, viis, stratis et semitis, ceterisque proventibus ac obvencionibus universis, quocunque nomine et vocabulo censeantur, et possidebit tam diu quousque per ipsum Nicolaum ipsiusque posteritatem legittimam dicta summa florenorum Septuaginta memorato domino Archiepiscopo suisque successoribus plenarie fuerit persoluta. In qua quidem obligacione et possessione ville dicte fatus Nicolaus Byeleczsky suaque posteritas legittima prefatum dominum Archiepiscopum ipsiusque successores ab omni persona sexus utriusque in graniciis ac aliis impedimentis quibusvis iuxta consuetudinem Terrestrem protegere et tueri et a bello intercedere est obligatus et tenebitur presencium sub rigore. Si autem non protegeret et a bello non intercederet vel aliquem punctum in presenti obligacione non teneret et ob hoc dominus Archiepiscopus dampnum aliquod perciperet, hoc dampnum non domini Archiepiscopi, sed ipsius Nicolai aut Successorum ipsius super simplicem assercionem domini Archiepiscopi, omni iuramento corporali excluso, fieri debet. Et dum pro premissis sit in Ius Terrestre aut castri Leopoliensis se citare admitteret, extunc in primo termino parere debet et totam propriam causam ammittere, nullum terminnm reponendo, non evadendo ipsum dominum Archiepiscopum ullo Iure nec literis Regalibus bello, expedicioni, prescripcioni, colloquio generali, legacioni nec se excipiendo pro maiori ad districtus alios seu gueris Thartarorum simplici aut vera infirmitate, novis aut veteribus constitucionibus seu laudis, terre reclamacionibus et reposicionibus terminorum causa belli, nec aliqua re excogitata sibi in facto subsidiaria, sed quibuscunque modis excogitatis coloribusque exquisitis evadere vellet. Hys omnibus, ut premissum est, in primo termino parere et totam ipsam causam amittere debet succumbendo per tres Marcas Iudicio et parti. Et in eodem termino dominus Archiepiscopus et sui Successores fatum Nicolaum Byeleczsky vel posteritatem ipsius legittimam in toto suo lucro, penis et dampno tanquam in termino peremptorio condempnare potentes erunt, hoc eciam admisso, quod si et in quantum dominus Archiepiscopus de florenis suis extiterit necessarius vel per quempiam in posessione dicte ville opprimere-

tur, extunc dictam villam alteri cui voluerit in summa prescripta florenorum ex submissione ipsius Nicolai Byeleczsky obligare potens erit. Super que omnia per dominum Archiepiscopum memoriale est positum, per nos vero receptum. In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli feria sexta post Nativitatis gloriosissime virginis Marie proxima *(12 Września)* Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo, presentibus ibidem Reverendis et Generosis dominis Michaele de Vyclun, Iohanne de Schamotuli Magistris, Nicolao Kamyenyecz de Tharnawa Baccalaureo arcium, Stanislao Basz Canonico leopoliensibus, Iohanne Kola de Dalyeiow haliczìensi Succamerario, Nec non famosis viris Kunardo alias Kuncza, Stano Klopar, Georgio Frederici Civibus leopoliensibus et quampluribus aliis circa premissa testibus fidedignis.

Dokument oryginalny na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. II, nr. 10) dobrze zachowany, dwie pieczęcie oderwane, pozostały po nich tylko paski pergaminowe.

Na odwrotnéj stronie pergaminu kilka napisów późniejszych, jeden współczesny:

Byele
obligacio in LXX hungaricalibus florenis
1460.

## XCIII.

**Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Jan Hermanowski, wojski trembowelski, sprzedał wieś swoją dziedziczną Czarnuszowice, w obwodzie lwowskim położoną, Mikołajowi Gołogórskiemu, kasztelanowi halickiemu, na wieczystą własność.**

**1462.**

Nos Petrus de Brancze Iudex et Iohannes de Wyssokye Subiudex Terrestres Leopolienses Generales Recognoscimus tenore presencium quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, Quomodo ad nostram et aliorum dominorum nobiscum protunc Iudicio terrestri residencium presenciam veniens personaliter Generosus Iohannes Hermanowsky, Tribunus Threbowliensis, non compulsus, nec coactus, nec aliquo errore devio seductus, mente corporeque existens sanus et ex certa ipsius sciencia suorumque amicorum maturo fretrus *(sic)* consilio, villam suam hereditariam Czarnuschowycze[1]) nuncupatam, in districtu leopo-

[1]) Hermanów i Czarnuszowice w powiecie lwowskim. Porównaj dyplom nr. XCI.

liensi sitam, ipsam ex paterna successione hereditarie possessam, cum omnibus Iuribus, dominys et proprietatibus, utilitatibus, censibus, fructibus, proventibus, redditibus, agris, pratis, campis, arvis, nemoribus, silvis, mericis, borris, Gagys (*sic*), mellificys, Quercetis, rubetis, rivis, torrentibus, fluvys, aquis et earum decursibus, lacubus, stagnis, palludibus, piscinis et earum demissionibus, Molendinis et eorum emolimentis, venacionibus, Aucupacionibus, vys, stratis, semitis, sareptis, tabernis, penis ac obvencionibus generaliter universis, quocunque nomine seu vocabulo nuncupentur, Necnon cum omnibus et singulis appendys et coherencys ad dictam villam quomodolibet spectantibus, prout in suis metis, granicys et limitibus longe, late et circumferencialiter ex antiquo est limitata et distincta, nichil Iuris, Dominy et proprietatis pro se suisque successoribus in eadem villa penitus reservando, sed cum totali ac plenario Iure, prout solus tenuit, habuit et possedit a suis antecessoribus Magnifico domino Nicolao de Golegori, Castellano Haliciensi, suisque heredibus legitimis perpetue et in evum vendidit et, vendens rite ac racionabiliter iusto vendicionis titulo, resignavit pro Sexingentis marcis pecunie Communis Monete et Numeri polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, et pro Duodecim Equabus equirealibus, alias stadnych, cum uno polladko, per ipsum Dominum Gologorsky aut successores suos tenendam, habendam, vendendam, comuttandam, (*sic*) obligandam, alienandam, utifruendam et perpetuis temporibus pacifice et quiete possidendam ac in usus suos suorumque heredum legittimorum beneplacitos et voluntarios convertendam, prout sibi aut suis successoribus melius, utilius et conveniencius videbitur expedire. In quaquidem vendicione dicte ville fatus Iohannes antefatum Dominum Gologorsky ab omni persona sexus utriusque iuxta consuetudinem terrestrem, prout ad aliquam personam prescripcio terrestris spectat, protegere et tueri est obligatus et tenebitur. Super que omnia per ipsum dominum Nicolaum Gologorsky memoriale est positum, per Nos vero receptum. In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli feria sexta in crastino Corporis Christi *(18 Czerwca)* Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo. Presentibus ibidem Magnifico, Generosis et Nobilibus dominis Hryczkone[1]) de Pomorzany Pallatino *(sic)* Podolie, Nicolao Romanowsky Subpincerna, Andrea Vicecapitaneo Leopoliensibus, Nicolao Wyssoczsky, Mykytha Dublensky, Iohanne Bassynsky, Maszko Balaban Et alys circa premissa testibus fidedignis quampluribus.

---

[1]) Porównaj dyplom nr. LXXIX z roku 1454.

Oryginał na pergaminie w arch. arcyb. metr. lwowsk. obrz. łac. (nr. XXV) bardzo starannie pisany. Zawieszone były dwie pieczęcie, z których jedna odpadła, druga (herbowa Piotra z Branic przedstawia na wosku wyciśnięty herb Hołobok. Na odwrotnéj stronie pergaminu współczesny napis: Vendicio Czarnussowicze per Hermanowsky domino Gologorsky 1462.

## XCIV.

### Kazimierz Jagiellończyk darowuje Mikołajowi Gołogórskiemu, kasztelanowi halickiemu, sto grzywien zwykłéj monety i daje mu w zastaw wieś królewską Oleniczyce. 1462.

Kazimirus dei gracia Rex Polonie, Magnus dux Lythwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris. Quomodo attentis ac iuge meditanter recensitis et pensatis virtutibus, probitate, servicys et multipharys meritis, quibus Maiestati nostre Magnificus Nicolaus de Gologori, Castellanus Haliciensis, sincere Nobis dilectus, ab annis pluribus transactis servivit et meruit, auctoque fidelitatis studio magis poterit servire et mereri in futurum. Horum igitur intuitu volentes ipsum reddere consolatum, Sibi et suis legittimis Successoribus In et super villa Nostra Regali Olenczicze[1]), in Terra Russie et districtu Leopoliensi sita, Cum omnibus et singulis eiusdem ville Censibus, Redditibus, proventibus, fructibus, usibus, pertinencys et generaliter cum quibuscunque utilitatibus et obvencionibus universis, quibuscunque nominibus censeantur, Cum omnique Iure, Dominio et proprietate, Ita late, longe et circumferencialiter, prout ipsa villa in suis metis et Graniciebus est distincta et limitata, nullis penitus exclusis, Centum marcas monete currentis et numeri polonicalis consweti, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, dedimus, donavimus, Inscripsimus, decuravimus (*sic*), Ac damus, donamus, inscribimus, decuramus et graciose largimur per presentes, per ipsum Nicolaum Castellanum et ipsius Successoros legittimos tenendum, habendum, utifruendum pacificeque et quiete possidendum et in usus beneplacitos convertendum, prout sibi melius videbitur expedire. Tamdiu donec dicte Centum marce cum alys Summis in eadem villa inscriptis Sibi aut suis successoribus per Nos aut Nostros Successores fuerint plenarie exolute, (*sic*) quibus exolutis dicte ville

[1]) Pod nazwą tą nie ma dzisiaj wsi w Galicyi. Czytamy atoli o niéj w kopiariuszu arcybiskupim z początku wieku XVII: *Hæc villa fuit contigua villæ Czarnuszowicze, ab ea distincta, verum forte incursione Tartarorum devastata, amplius non fuit restaurata, sed uti fundo villæ Czarnuszowicze adhærebat, eidem est incorporata et coniuncta.*

possesio ad Nos aut Nostros Successores reverteretur pleno Iure. In cuius rei testimonium Sigillum Nostrum presentibus est appensum. Datum in Convencione generali Pyothrkoviensi feria sexta in vigilia sancte Barbare virginis *(3 Grudnia)* Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

Oryginał na pergaminie w arch. arc. metr. lwowsk. obrz. łac. (Nr. XXVIII), pieczęć oderwana. Na odwrotnéj stronie pergaminu napis: Oleuczyce nunc vocatur villa Olica, i drugi: Oblatum et revisum in Conventione Varssoviensi 14 Marcii 1564.

# XCV.

**Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Mikołaj Gołogórski, kasztelan halicki, darował córce swojéj Elżbiecie wieś Czarnuszowice od Jana Hermanowskiego kupioną i wieś Oleuczyce w zastawie od króla trzymaną.**

**1463.**

Nos Petrus de Brancze Iudex necnon Iohannes de Wyssokye Subiudex terrestres Leopolienses generales Significamus tenore Presencium quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, Quomodo veniens personaliter ad nostram et aliorum dominorum nobiscum protunc Iudicio terrestri residencium presenciam Magnificus dominus Nicolaus de Golegori[1]) Castellanus haliciensis, non compulsus, nec coactus, nec aliquo errore devio seductus, menteque corpore existens sanus, de sua libera ac spontanea voluntate ac amicorum suorum maturo fretus consilio, coram eodem Iudicio terrestri recognovit, quia villam suam Czarnusschovicze[2]) nuncupatam, in districtu Leopoliensi sitam, ipsamque per prefatum dominum Gologorsky apud Generosum Iohannem Hermanowsky[3]), verum ac legittimum heredem, emptum et eternaliter, cum omni Iure, Dominio et proprietate, Utilitatibus, Censibus, fructibus, proventibus, Redditibus, Agris, pratis, Campis, Silvis, Mericis, Borris, Gays, Mellificys, Rubetis, Quercetis, Venacionibus, aucupacionibus, Rivis, Torrentibus, fluvys, Stagnis, lacubus, Paludibus, Aquis et earum decursibus, Piscinis, ipsarumque demissionibus, Molendinis et eorum emolimentis, Kmethonibus, la-

[1]) Porównaj Nr. XCI.
[2]) Porównaj Nr. XCI.
[3]) Porównaj Nr. XCI.

boribus, Conseminacionibus, Et cum Curia, tabernis, penis, vys, stratis, Semitis ac obvencionibus generaliter universis, quocunque nomine et vocabulo vocitentur, Necnon cum omnibus appendys et coherencys ad dictam villam quomodolibet spectantibus, prout in suis metis, limitibus et graniciebus longe, late et circumferencialiter est limitata ex antiquoque tenta et distincta, Ac etiam cum omnibus literis et munimentis perpetue empcionis et resignacionis super dictam villam canentibus, Nichil Iuris, dominy et proprietatis pro se suisque alys successoribus in eadem villa penitus reservando, sed cum totali ac plenario Iure, prout solus tenuit, habuit et possedit prefatamque villam de divisione totali aliorum omnium bonorum excipiendo, Generose virgini Elizabeth, filie sue carissime, perpetue et in evum dedit, donavit et inscripsit presenciumque sub rigore dat, donat, largitur et inscribit, ultra omnem divisionem, alias wyssthey wschego dzyalu, quam imposterum successores sui facere et habere videbuntur. Et inscribens iusto resignacionis titulo rite ac racionabiliter resignavit, per ipsamque Elizabeth suosque successores tenendam, habendam, commutandam, alienandam, obligandam, donandam, vendendam, temporibusque eviternis pacifice et quiete possidendam ac in usus suos suorumque heredum legittimorum beneplacitos ac voluntarios, prout sibi suisque successoribus legittimis melius, utilius et conveniencius expedire videbitur, convertendam. Insuper fatus dominus Gologorsky prelibate virgini Elizabeth, filie sue carissime, pecunias, quas per Regiam Maiestatem in et super villa dicta Olenczyce[1]), in districtu leopoliensi sita, racione meriti sui habet inscriptas et imposterum habere poterit inscribendas, Et etiam illas pecunias, quibus Nobilem Iurasschek Frederici de eadem villa Olenczycze eximit, has omnes ad villam Czarnusschovicze donacione spontanea ac perpetua adiunxit et adscripsit presentibusque adiungit et adscribit. Quamquidem villam Olenczicze ipsa virgo Elizabeth suaque posteritas legittima tenebit, habebit et possidebit utifrueturque cum omni Iure, Dominio et proprietate iuxta tenorem litterarum Regalium per Regiam Maiestatem sibi domino Iurasschek[2]) super pecunias easdem donatarum, tamdiu quousque per Regiam Maiestatem aut successores sue Maiestatis pecunie dicte plenarie fuerint persolute. Super que omnia Dominicella Elizabeth memoriale posuit, quod nos recepimus. In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et Datum in Terminis particularibus feria secunda post festum Circumcisionis Domini *(3 Stycznia)* Leopoli celebratis pro-

---

[1]) Zobacz adnotacyą dodaną do Nr. XCIV.

[2]) Tu w tém miejscu w oryginale stał inny wyraz, bez wątpienia *Gologorsky*, który wydrapano i napisano *Iurasschek*.

xima. Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio. Presentibus ibidem Generosis et Nobilibus Georgio Strumilo Succamerario, Iohanne Swynka Vexillifero, Nicolao Romanowsky Subpincerna Leopoliensibus, Iohanne Cola de Daleyow Succamerario Haliciensi, Iohanne et Petro de Kulykow Et alys quampluribus testibus fidedignis circa premissa.

Oryginał na pergaminie w arch. arc. metr. lwowsk. obrz. łac. (Nr. XXVII). Zawieszone były dwie pieczęcie, obie oderwane, pozostał jeden pasek pergaminowy. Na odwrotnéj stronie pergaminu napis współczesny:

donacio villarum Czarnuszowycze et Olenczycze Elizabethe per dominum Gologorsky 1463.

# XCVI.

**Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Mikołaj Gołogórski, kasztelan halicki, zakupioną od Jana Hermanowskiego wieś Czarnuszowice jako i w zastawie trzymaną wieś Olenczyce zapisał córce swéj Elżbiecie.**

**1463.**

Nos Petrus de Braneze Iudex et Iohannes de Wysokye Subiudex Terrestres Leopolienses generales Significamus tenore presentium quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, Quomodo veniens personaliter ad nostram nostrorumque assessorum nobiscum protunc Iudicio Terrestri residentium presentiam Magnificus dominus Nicolaus de Gologori Haliciensis Castellanus non compulsus nec coactus neque aliquo errore devio seductus, mente corporeque existens sanus suorumque amicorum maturo fretus consilio coram nobis libere recognovit, quia villam suam Czarnuschowicze nuncupatam in districtu leopoliensi sitam ipsamque per prefatum dominum Gologorsky apud Generosum Iohannem Hermanowsky, verum ac legitimum heredem, eternaliter emptam, cum omni Iure, dominio et proprietate, utilitatibus, censibus, fructibus, proventibus, redditibus, agris, pratis, campis, silvis, Mericis, Borris, Gays, Mellificys, Rubetis, quercetis, venationibus, aucupationibus, Rivis, torrentibus, fluvys, stagnis, lacubus, paludibus, aquis et earum decursibus, piscinis ipsarumque demissionibus, Molendinis et eorum emolimentis, Kmethonibus, laboribus, conseminationibus et cum Curia, Thabernis, Vys stratis et semitis

ac obventionibus generaliter universis quocunque nomine et vocabulo vocitentur, nec non cum omnibus appendys et coherencys ad dictam villam quomodolibet spectantibus, prout in suis metis, limitibus et graniciebus longe late et circumferencialiter dicta villa est limitata ex antiquoque tenta et distincta ac etiam cum omnibus literis et munimentis perpetue emptionis et resignationis super dictam villam canentibus, nichil Iuris, dominy et proprietatis pro se suisque alys successoribus in eadem villa penitus reservando, sed cum totali ac plenario Iure, prout solus tenuit, habuit et possedit prefatamque villam de divisione totali aliorum omnium bonorum suorum excipiendo Generose virgini Elizabeth filie sue carissime perpetue et in evum dedit, donavit et inscripsit ultra omnem divisionem, quam in posterum successores sui facere et habere videbuntur. Presentiumque sub vigore dat, donat, largitur et inscribit Et inscribens iusto resignationis titulo rite ac racionabiliter resignavit per ipsamque Elizabeth suosque successores legitimos habendum, tenendum, commutandum, alienandum, obligandum, donandum, dandum, vendendum temporibusque eviternis pacifice et quiete possidendum ac in usus suos suorumque heredum legittimorum beneplacitos ac voluntarios, prout sibi suisque successoribus legittimis melius, utilius et convenientius expedire videbitur convertendum. Insuper fatus dominus Gologorsky prelibate virgini Elizabeth filie sue carissime peccunias (*sic*), quas per regiam maiestatem in et super villa dicta Olenczycze[1]) in districtu leopoliensi sita ratione meriti sui habet inscriptas et in posterum habere poterit inscribendas, et etiam illas pecunias, quibus Nobilem Iurasschek fredrici de eadem villa Olenczycze eximit, has omnes ad villam superius dictam Czarnuschowycze donatione spontanea ac perpetua adiunxit et ascripsit presentibusque adiungit et ascribit. Quam quidem villam Olenczycze ipsa virgo Elizabeth suaque posteritas legitima tenebit, habebit et possidebit, utifrueturque cum omni Iure, dominio et proprietate iuxta tenorem literarum regalium per regiam maiestatem ipsi domino Gologorsky super peccunias easdem donatarum, tamdiu quousque per regiam maiestatem aut successores sue maiestatis dicte peccunie plenarie fuerint persolute. Super que omnia prefata dominicella Elizabeth memoriale posuit, quod nos recepimus. In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum in terminis particularibus feria sexta post festum Circumcisionis domini nuper preteriti *(7 Stycznia)* Leopoli celebratis. Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio. Presentibus ibidem Generosis et Nobilibus dominis Iohanne Swynka

---

[1]) Porównaj dokumenta nr. XCI, XCIV i XCV.

de Pomorzani Vexillifero Leopoliensi, Myklasch alias Herborth de Brzuchnal, Gunczerz de Syenyawa, Francisco de Dzyewyathnyky, Raphaele de Strepthow Et alys quampluribus testibus fidedignis ad premissa.

Oryginał na pergaminie bardzo starannie pisany w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. XIII, nr. 3). Na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęcie woskowe, z których pierwsza Piotra z Branic przedstawia odcisk herbu Hołobok, druga zaginęła.

## XCVII.

**Andrzéj Odrowąż ze Sprowy ruski, Stanisław z Chodcza podolski wojewodowie, Jerzy Strumiło z Dmoszyna podkomorzy i Piotr z Branic sędzia lwowscy jako komisarze królewscy odgraniczają wieś kapitulną Werbiż od Horożany i Ryczychowa. 1463.**

Nos Andreas Odrowansch de Sprowa Terre Russie, Stanislaus de Chotecz Podolie Palatini, Georgius Strumilo de Dmossin Succamerarius et Petrus de Brannicze Iudex Leopolienses, Comissary cause infrascripte per Serenissimum Principem et dominum dominum Kazimirum dei gracia Regem Polonie etc. dominum graciosum specialiter deputati Significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis presentibus et futuris, harum noticiam habituris, Quomodo dum ex commissione et mandato speciali eiusdem Regie Maiestatis super complanandis et sopiendis controversys, iniurys, litibus et questionibus varys inter bona Wirzbyansz[1]) Venerabilium dominorum Capitularium Metropolitane Ecclesie Sancte Marie Leopoliensis ab una et villam Rozana[2]) Generosi domini Iohannis de Jaczimirz Tenutary eiusdem partibus ab altera non mediocriter exortis ibidem in villam eandem Wirzbyansz iunctis nobis dignitarys infrascriptis et ceteris assumptis Nobilibus et Terrigenis descendimus. Cupientes itaque huiusmodi iniurys et questionum discordys partium premissarum finem imponere aptiorem et ipsis comodiorem, in hunc modum limitationem granicierum inter bona Wyrzbyansz prefatorum dominorum Capitularium Leopoliensium et villam Rozana et Ricziehow[3]) eiusdem domini Iaczymirsky Tenutary fecimus, disposuimus et

---

[1]) *Wirzbyansz* dziś Werbiż. Porównaj dokumenta do téj saméj majętności się odnoszące nr. XXXV, XLII, XLV, XLVI, XLIX, LIII, LV, LVIII, LIX, LXXV, LXXVIII i LXXXI.

[2]) *Rozana* dziś Horożana w powiecie Rudki.

[3]) *Riczihow* Ryczychów w powiecie Rudki.

ordinavimus ac tenore presentium facimus, limitamus, disponimus et ordinamus, primo et principaliter incipiendo a quercu exusta, ubi primum scopulum in Oschnycze erigere mandavimus et usque ad Dolyna pervenimus, et ab eadem usque ad Zaleszuye Czerepolye directe et progressive per Silvam et Mericam insignia excidendo et Scopulos exigendo ad viam, que ducit ad villam Ryczichow iam ex Silva exeundo gradatim ad monticulum dictum Mogila devenientes, recte inferius usque ad lutum iuxta Piscinam Ville Ryczichow per eundem Iaczimirsky noviter fundatam descendendo, ibique novissimum et ultimum Scopulum exemimus et consignare iussimus, solum deum pre oculis habentes, nulli ipsorum preiudicantes, partibus utrisque ad hec consencientibus et in nullo contravenientibus, nostro Ministeriali Ianussio voce preconia circa quemlibet Scopulum proclamante, prefatis dominis Capitularibus Modernis et pro tempore existentibus Canonicis adiudicavimus et adiunximus ad villam Wirzbyansz in eternum pertinere. Omnia autem et singula intra primum Scopulum Oschnycze erectum premissum usque ad flumen Szczyrzyecz in sinistra parte versus Usczye consistentia cum pratis, lacubus, virgultis, rubetis, Indaginibus, Nemoribus et obventionibus ac utilitatibus universis prefatis dominis Capitularibus ad villam Wyrzbyansz similiter adiudicavimus. In illam vero partem fluvy Dnyestr pari modo directe progrediendo Silvam a primo Scopulo predicto usque ad granicies Drohobicenses simili modo cum lacubus, pratis, Mericis, Rubetis ac porcorum decimacionibus, glandinum et faginule crescencys ac alys utilitatibus ex eadem silva predicta quomodolibet provenientibus prefatis dominis Capitularibus Modernis et pro tempore existentibus Canonicis ad villam Wirzbyansz Auctoritate et Commissione Regie Maiestatis moreque soluto et consuetudine limitacionis nobis in hac parte concessa adiudicavimus, Incorporavimus et annneximus, presentibusque adiudicamus, Incorporamus et annectimus perpetue et in evum per ipsos dominos Capitulares modernos et futuros existentes Canonicos Tenendum, Habendum, regendum, gubernandum, utifruendum, pacifice et quiete temporibus perpetuis possidendum. Harum quibus Sigilla nostra sunt appensa testimonio literarum. Actum et Datum in Villa Wirzbyansz Sabbato ipso die festi Beatorum Adalberti et Georgy martirum *(23 Kwietnia)* De Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio. Presentibus Magnifico et Generosis dominis Paulo Odrowansch de Sprowa Castellano Leopoliensi, Andrea Fridro de Popowycze primo Iudice Szczyrzyczensy, Olechnone Prochnyczsky, Iohanne Zandowsky, Petro de Hrumpno et Thoma Lopaczynsky Alysque fidedignis testibus ad premissa.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. 10. nr. 5.) Na pasku pergaminowym zawieszona gałka woskowa z odciskiem herbu Odrowąż. Na odwrotnéj stronie pergaminu współczesną ręką napisano:

limitacio Inter Wirzbansz et Rozana et Riczychow
1463.

Dokument ten był potwierdzony przez króla Zygmunta I w r. 1531. Potwierdzenie brzmi jak następuje:

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae etc. Dominus et Heres Significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris. Quia pro parte Venerabilium Praelatorum et Canonicorum totiusque Capituli Ecclesiae Metropolitanae Leopoliensis exhibitae sunt coram Nobis Literae Significationales infrascriptae cum Sigillis appensis Limites Bonorum Wyrzbyansch eorundem Praelatorum ac Canonicorum et Capituli ab una et ville nostrae Regiae Rozana parte ab altera iam dudum factos in se continentes Supplicatumque deinde fuit Nobis, ut easdem literas propter vetustatem illarum innovari facere auctoritateque nostra Regia approbare, ratificare et confirmare dignaremur, quarum quidem literarum Tenor est talis.

Następuje dokument powyżéj wydrukowany, potém brzmi potwierdzenie:

Nos itaque Sigismundus Rex Considerantes literas praeinsertas esse salvas, illaesas, non viciatas et omni prorsus suspicione carentes, eas ipsas literas, omniaque et singula in illis contenta approbavimus, ratificavimus et confirmavimus, approbamusque, ratificamus et confirmamus, decernentes easdem Literas necnon limites predictos in eis descriptos robur debitae perpetuae firmitatis obtinere. Harum quibus Sigillum Nostrum est appensum testimonio literarum. Datum Cracoviae Feria Quinta ante Dominicam Palmarum *(30 Marca)* Anno Domini Millesimo Quingentesimo Trigesimo Primo, Regni vero Nostri Anno vigesimo quinto.

Petrus Episcopus et Vicecancellarius subscr.

Relacio Reverendi in Christo patris domini Petri Tomiczki Episcopi Cracoviensis et Regni Poloniae Vicecancellarii.

Tak pierwotny dokument, jak potwierdzenie oblatowane w grodzie lwowskim roku 1763 dnia 9 Maja (Feria secunda post dominicam Rogationum) zobacz Acta Castr. leopol. Tom 594, str. 2142 — 2146, według któréj oblaty powyższe potwierdzenie tutaj wydrukowano.

# XCVIII.

**Ihnat z Kutyszcza sędzia i Piotr ze Siemiokowic podsędek ziemscy haliccy poświadczają, że Stanisław z Chodcza, wojewoda podolski i starosta halicki, sprzedał za trzysta grzywien zwykléj monety wieś swoją dziedziczną Byblo Grzegorzowi z Sanoka, arcybiskupowi lwowskiemu.**
**1463.**

Nos Ihnath de Cutiscza Iudex et Petrus de Szemyokowcze Subiudex Terre Haliciensis Generales Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, Quomodo veniens in presenciam Iudicy Magnificus Dominus Stanislaus de Chotecz, palatinus podoliensis, et Capitaneus Haliciensis, Non compulsus, Nec coactus, nec aliquo dolo Sinistro Seductus, sed sanus existens mente pariter et corpore Palam Recognovit, Villam suam seu hereditatem, Bybel[1]) dictam, penes Halicz et in districtu Haliciensi sittam (*sic*), Reverendissimo in Christo patri Domino Gregorio, dei gracia Archiepiscopo leopoliensi, et eius Ecclesie pro Trecentis Marcis mediorum grossorum Monete et Numeri polonicalium, in quamlibet Marcam quadraginta et octo grossos polonicales computando, Cum omni Iure, proprietate ac dominio, Ita late, longe et circumferencialiter, sicut ab antiquo limitata et distincta in omnibus suis granicys et limittibus distincta existit, et prout eam solus tenuit, Cum omnibus eiusdem ville utilitatibus, redditibus, fructibus, Censibus, Silvis, Mericis, quercetis, rubetis, Indaginibus, Agris, Campis tam cultis, quam incultis, Pratis, Piscinis et earum demissionibus, Fluvys, torrentibus, lacubus, Aquibus *(sic)* et earum decursibus, Stagnis, Molendinis et earum emolimentis Ceterisque proventibus, obvencionibus et appendys universis, quibuscunque Nominibus censeantur, Nichil pro se ac suis legittimis successoribus in dicta villa Bibel Iuris proprietatis aut Dominy reservando, perpetue et in Evum se vendidisse atque solucionem iam sibi predictarum Trecentarum Marcarum realiter et cum effectu plenarie factam. Quam villam Bibel dictam Idem Dominus Archiepiscopus et sui successores Cum omni Iure, Dominio ac proprietate taliter, ut supra premissum et expressum est, tenebit, habebit, possidebit, utifruetur, Nomine et titulo perpetuo et hereditario, ut verus et legittimus heres dicte ville Bibel perpetue et in Evum. Ipsamque villam Bibel similiter ut verus Domi-

[1]) *Bybel* dziś Bybło w powiecie rohatyńskim.

nus et heres poterit vendere, alienare, commuttare (*sic*), donare et in usus Ecclesie, secundum quod sibi melius et comodius videbitur, convertere. Ipse autem Magnificus Dominus Stanislaus de Cothecz (*sic*), palatinus podoliensis et Capitaneus haliciensis, prefatus aut sui successores debet (*sic*) ipsum Dominum Archiepiscopum in eadem villa Bibel ab omnibus Iniurys, Infestacionibus et impedimentis, quocunque harum (*sic*) utriusque sexus protegere, tueri et defendere Iuxta consuetudinem Terrestrem. Et super hoc idem Reverendissimus in Christo pater Dominus Gregorius Archiepiscopus leopoliensis prefatus memoriale posuit, quod Nos recepimus. In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt Subappensa. Actum et datum in Halicz feria tercia in vigilia Sancti Thome Apostoli (*20 Grudnia*) Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio, Presentibus Generosis et Nobilibus Dominis Petro de Godow Vexilifero (*sic*) Haliciensi, Andrea Frudro de Plesthowicze, Iwaskone de Nowicza, Paulo Curopatwa de Polahicze, Paulo de Petrilow, Derslao de Vodnyky Et alys quam pluribus fidedignis ad premissa.

Oryginał na pergaminie w arch. arcyb. metrop. lwowsk. obrz. łac. (Nr. XXVI) dobrze zachowany ale bardzo niedbale pisany i zredagowany. Dwie pieczęcie woskowe zawieszone na paskach pergaminowych, z nich pierwsza przedstawia odcisk herbu Korczak, druga odcisk herbu Doliwa. Dokument ten był intabulowanym na dniu 28 Stycznia 1784 r. in Libro Fundat. Tomo XVI, pag. 57 według notaty na odwrotnéj stronie pergaminu.

## XCIX.

**Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Barnabasz Negroni za zgodą króla Kazimierza odstąpił wieś swą Pikułowice w obwodzie lwowskim położoną na korzyść ołtarza ufundowanego przez siebie w katedrze metropolitalnéj lwowskiéj.**

**1464.**

Nos Petrus de Brancze Iudex et Iohannes de Wyssokye Subiudex Terrestres Leopolienses generales. Significamus tenore presentium quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris presentium noticiam habituris. Quomodo veniens personaliter ad nostram et aliorum dominorum inferius descriptorum Iudicio nobiscum protunc Terrestri residentium presentiam Nobilis Dominus Barnabas de Niegrono (*sic*) Italicus Ianuensis non compulsus nec coactus neque aliquo errore devio cuiuspiam

seductus, mente et corporeque *(sic)* existens sanus suorumque amicorum maturo et bene deliberato prehabito consilio resignavit et totaliter remisit perpetue et in evum ac irrevocabiliter villam suam dictam Pyekulowycze[1]) in districtu leopoliensi sitam et collocatam, secundum consensum Serenissimi principis et domini, domini Kazimiri dei gracia Regis Polonie, Magni ducis lythwanie Russieque et Prussie heredis ac domini in scripto desuper habitum cum omni Iure et dominio ac proprietate omnibusque spectancys et coherencys universis ville eiusdem super altare sue fundationis et dotacionis in maiori Ecclesia metropolitana leopoliensi per ipsum sito et fundato in honorem Visitacionis sancte Marie virginis, sancti Iohannis Baptiste, Barnabe apostoli, luce evangeliste, decem milium *(sic)* martirum, undecim milium *(sic)* virginum, Helene, Barbare, Katherine, Agnetis, dorothee, Margarethe virginum, primo discreto Gregorio filio suo actu presbitero altariste eiusdem altaris pro tunc existentis et demum omnibus Altaristis Altaris eiusdem post eundem successive futuris, Nichil Iuris dominy et proprietatis aut alicuius possessionis in eadem villa pro se aut suis successoribus legittimis duntaxat collatione eiusdem Altaris excepta reservando. In cuius rei memoriam prefatus dominus Gregorius secundum cursum et consuetudinem terrestrem memoriale posuit, quod nos suscepimus. In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum in terminis particularibus feria secunda in Crastino Circumcisionis domini *(2 Stycznia)* Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto. Presentibus ibidem Strennuis, Generosis et Nobilibus dominis Georgio Strumylo Succamerario, Iohanne Swynka de Pomorzani Vexillifero, Iohanne Iaczimyrzsky dapifero, Iohanne Chodorowsky Subdapifero, Nicolao Romanowsky Subpincerna, Iohanne de Sokolnyky Vicecapitaneo, Alberto Swathek Iudice Castri Leopoliensibus, Iacobo de Wyssokye, Gunczerz de Syenyawa, Iohanne de Nyesluchow, Nicolao Schlappa Et alys quampluribus testibus fidedignis circa premissa.

Oryginał na pergaminie starannie pisany w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. XIII, nr. 1). Na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęcie, z tych pierwsza przedstawia odcisk herbu Piotra z Branic Hołobok, druga zaginęła.

---

[1]) Pikułowice wieś w powiecie lwowskim.

## C.

**Piotr z Branic sędzia, Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają zamianę i podział dóbr między Stanisławem i Janem braćmi Dawidowskimi. 1464.**

Nos Petrus de Branczc Iudex et Iohannes de Wyssokye Subiudex Terrestres Leopolienses generales Significamus tenore presencium quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris. Quomodo venientes personaliter ad nostram et aliorum dominorum nobiscum protunc Iudicio terrestri residencium presenciam Nobiles Domini Stanislaus et Iohannes fratres germani dicti Davidowsczy non compulsi nec coacti nec aliquo errore devio seducti menteque corpore existentes sani ac amicorum suorum maturo freti consilio Et de sua libera ac spontanea voluntate coram nobis libere recognoverunt, quia omnibus bonis suis hereditarys villarum suarum perpetuam ac irrevocabilem inter se fecerunt commutacionem Modo tali, quod dominus Stanislaus fratri suo Iuniori Iohanni villas suas nuncupatas Nowossyelcze, Zorawnyky[1]) Leopoliensi et Czerlenyow, Koydancze, Kalynova Ruda, Karamandieza dworzyszcza[2]) Trebowliensi districtibus sitis *(sic)* cum omnibus literis, Iuribus et munimentis, Dominys et proprietatibus, cum quibus ipsas solus ex paterna successione hereditarie possedit, Nichil Iuris, dominy et proprietatis pro se suisque successoribus in eisdem villis penitus reservando pro villis dictis Davidow, Czerepyn, Schanyow[3]) in districtu leopoliensi situatis per commutacionem contulit et iusto commutacionis titulo eviterne resignavit. Et econverso (*sic*) ipse dominus Iohannes antefato domino Stanislao fratri suo seniori villas ipsius Iohannis hereditarias superius nominatas videlicet Davidow, Czerepyn et Schanyow simili modo, ut dictum est, ipsas ex paterna successione hereditarie possessas etiam, ut expressum est, cum omnibus Iuribus, litteris et munimentis, dominys et proprietatibus, Nichil Iuris, dominy et proprietatis pro se suisque posteris legittimis in dictis villis penitus reservando, dedit, contulit et commutavit et iusto commutacionis titulo perpetue resignavit. Que com-

[1]) Nowosiółki albo Nowosielce wieś w powiecie lwowskim, w tymże samym Żurawniki.

[2]) Kujdańce wieś w powiecie zbaraskim. *Czerlenyow* pod tą nazwą wsi dzisiaj odszukać nie było można. Jest jednak w powiecie tarnopolskim Czernilów ruski i Czernilów mazowiecki, którego nazwa powstać mogła z owego Czerlenyowa. Tak samo Kalinowéj Rudy nie odszukaliśmy, jest jednak w powiecie czortkowskim Kalinowszczyzna, któréj część mogła się nazywać Kalinową Rudą. *Karamandicza dworzyszcza* dzisiaj pod tą nazwą nieznane.

[3]) Dawidów i Czerepin w powiecie lwowskim. Trzeciéj wsi *Schanyow* odszukać nie było można pod tą nazwą.

mutacio per partes predictas ipsarum successores legittimos inviolabiliter teneri et in perpetuum observari debet. Resignaveruntque predicte partes una alteri villas dictas ad quamlibet ipsarum seorsum concernentes cum omnibus et singulis earundem villarum utilitatibus, censibus, fructibus, Redditibus, proventibus, Agris, pratis, campis, pascuis, Silvis, Borris, mericis, Gays, rubetis, quercetis, pinetis, virgultis, Nemoribus, venacionibus, aucupacionibus, Mellificys, Piscinis et earum demissionibus, Molendinis et eorum emolimentis, Rivis, Aquis, fluvys, piscaturis, Stagnis, lacubus, paludibus, torrentibus et aquarum decursibus ac obvencionibus generaliter universis, quocunque nomine et vocabulo vocitentur Necnon cum omnibus appendys et coherencys ad dictas villas quomodolibet spectantibus, prout in suis metis, limitibus et graniciebus longe, late et circumferencialiter dicte ville sunt limitate ex antiquoque tente et distincte Per prefatosque fratres ipsorumque successores legittimos per quemlibet tamen eorum seorsum predicta bona per commutacionem perpetuam inter eos commutata tenendum, habendum, donandum, dandum, vendendum, commutandum, alienandum et temporibus perpetuis pacifice et quiete possidendum ac in usus suos suorumque successorum legittimorum beneplacitos ac voluntarios convertenda *(sic)*, prout ipsis ipsorumque successoribus legittimis melius, utilius et conveniencius videbitur expedire. Super que omnia per memoratos fratres Stanislaum et Iohannem memorialia sunt posita, per nos vero recepta. In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum in terminis particularibus feria sexta post festum sancte Agnetis proxima *(27 Stycznia)* Leopoli celebratis. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo quarto. Presentibus ibidem Strennuo, Generosis et Nobilibus Dominis Georgio Strumilo de Dimossyn Succamerario, Iohanne Chodorowszky Subdapifero, Nicolao de Romanow Subpincerna, Iohanne de Sokolnyky vice Capitaneo leopoliensibus, Nicolao Clusz de Visznyany, Gunczerz de Syenyava, Nicolao de Wyssokyc, Iohanne de Nyesluchow, Iohanne Bariumynsky Et alys quampluribus testibus fidedignis circa premissa.

Oryginał na pergaminie w bibl. OO. Dominikanów lwowskich bardzo starannie pisany, na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pięczęcie, które obie zaginęły.

# CI.

**Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Michał ze Strzelic sprzedał trzecią część wsi swojéj Meducha zwanéj, w obwodzie halickim położonéj, za dwieście grzywien zwykłéj monety Grzegorzowi z Sanoka, arcybiskupowi lwowskiemu.**

**1464.**

Nos Petrus de Brancze Iudex et Iohannes de Wyssokye Subiudex Terrestres Leopolienses generales Significamus tenore presencium quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris. Quomodo veniens personaliter ad nostram et aliorum dominorum nobiscum protunc Iudicio terrestri residencium presenciam Nobilis Michael heres de Strzelicze non compulsus, nec coactus, nec aliquo errore devio seductus menteque corpore existens sanus ac amicorum suorum maturo fretus consilio, coram nobis libere recognovit, quia terciam partem ville dicte Meducha[1]), in districtu haliciensi site, eandem partem per Nobilem Katherinam, consortem suam legittimam, possessam cum omni Iure, Dominio et proprietate, Nichil Iuris, Dominy et proprietatis pro se suisque successoribus in eadem tercia parte penitus reservando, Sed cum totali ac plenario Iure, prout solus tenuit, habuit et possedit, Reverendissimo in Christo patri et Domino, Domino Gregorio, dei gracia sancte Ecclesie Metropolitane Leopoliensis Archiepiscopo, cum consensu prefate uxoris sue irrevocabiliter vendidit, et vendens iusto vendicionis titulo rite ac racionabiliter pro Ducentis marcis pecunie communis monete et numeri polonici consueti, Marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, perpetue et in evum resignavit, compromittendo et se presencium sub vigore obligando dictam terciam partem ville superius nominate ab omnibus personis status utriusque ad quascunque personas eadem tercia pars spectare et pertinere videretur, a Data presencium ad proximos particulares Terminos in Halicz celebrandos in manus prelibati Domini Archiepiscopi eliberare et eliberando perpetuis temporibus resignare. Etiam idem Michael coram nobis per expressum fassus est, quia ei Dominus Archiepiscopus pro dictis ducentis marcis satisfecit. Si autem non eliberaret, extunc in crastino termini noneliberacionis ipse Michael fato Domino Archiepiscopo in Opidum Dictum Strze-

---

[1]) Meducha wieś w powiecie rohatyńskim.

licze, in Districtu leopoliensi ac Territorio Zudoczoviensi situatum, cum omni Iure, Dominio et proprietate intromissionem totalem ac realem dare est obligatus presenciumque sub vigore iam dedit et assignavit in eisdem Ducentis marcis per Ministerialem leopoliensem, quem ipse dominus Archiepiscopus sibi duxerit eligendum, Nam eundem Ministerialem super se addidit. Quod quidem Opidum ipse dominus Archiepiscopus et sue Reverendissime paternitatis Ecclesia prenominata tenebit, habebit et possidebit a data presencium usque ad festum Nativitatis domini nunc instans et a festo Nativitatis domini ad aliud et sic ab anno ad annum, tamdiu quousque Dicte Ducente marce per ipsum Michaelem aut successores suos plenarie fuerint persolute Cum omni Iure, dominio et proprietate, utilitatibus, Censibus, proventibus, fructibus, redditibus, Agris, pratis, campis, Silvis, Mericis, Gays, Mellificys, rubetis, quercetis, virgultis, venacionibus, aucupacionibus, rivis, torrentibus, fluvys, lacubus, Stagnis, paludibus, Aquis et earum decursibus, piscinis ipsarumque demissionibus, Molendinis et eorum emolimentis, tabernis, penis, vys, stratis, semitis, Theoloneis ac obvencionibus generaliter universis, quocunque nomine vocitentur, Necnon cum omnibus appendys et coherencys ad dictum Opidum quomodolibet spectantibus, prout in suis metis, limitibus et graniciebus longe, late et circumferencialiter dictum Opidum est limitatum ex antiquoque tentum et distinctum, Nichil Iuris, Dominy et proprietatis pro se suisque successoribus in eodem Opido penitus reservando. In quaquidem possessione dicti Opidi sepefatum dominum Archiepiscopum ipse Michael ab omni persona sexus utriusque protegere et tueri et a bello intercedere est obligatus et se per presentes submisit. Si autem non protegeret vel bellum non intercederet vel intromissionem modo et colore aliquo reprimere vellet, ita tamen quod dominus Archiepiscopus ob hoc dampnum aliquod pati videretur, extunc illud dampnum non domini Archiepiscopi, sed ipsius Michaelis fieri debet super simplicem assercionem ipsius domini Archiepiscopi, omni Iuramento corporali excluso. Dum autem pro premissis per ipsum dominum Archiepiscopum ipse Michael sit in Ius Terrestre aut Castri leopoliensis cittaretur *(sic)*, extunc recedendo a districtu suo proprio Zudaczoviensi hic Leopoli in primo termino parere et totam suam propriam causam perdere debet, Non evadendo ipsum dominum Archiepiscopum ullo Iure nec literis Regalibus, bello, expedicione, legacione, prescripcione, colloquio generali, Novis aut veteribus constitucionibus seu laudis terre, vera aut simplici infirmitate, reclamacione et reposicione terminorum causa belli, Nec se excipiendo ad districtus alios pro maiori, Nec aliqua re excogitata sibi in facto subsidiaria. Sed quibuscunque modis excogitatis evadere vellet, hys omnibus in primo termino, prout

dictum est, parere et totam suam causam ammittere debet. Et iam in eodem primo termino ipse dominus Archiepiscopus ipsum Michaelem in toto suo lucro et Dampno condempnare potens erit, tanquam in termino peremptorio. Super que omnia per ipsum dominum Archiepiscopum Memoriale est positum, per nos vero receptum. In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et Datum Leopoli feria secunda post festum sancti Tiburcy proxima *(16 Kwietnia)* Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo quarto. Presentibus ibidem Magnificis, Generosis et Nobilibus dominis Andrea Odrowansch de Sprowa Palatino et Capitaneo Terrarum Russie generali, Michaele Muzilo de Buczacz Castellano, Michaele de ibidem Capitaneo Cameneczensibus, Georgio Strumilo de Dymossyn Succamerario, Iohanne Swynka de Pomorzany vexillifero, Nicolao Romanowsky Subpincerna Leopoliensibus, Mykytha Dublewsky Et alys quampluribus testibus fidedignis circa premissa.

Oryginał na pergaminie w arch. arc. metr. lwowsk. obrz. łac. (Nr. XXIX). Dwie pieczęcie woskowe zawieszone na paskach pergaminowych, pierwsza przedstawia odcisk herbu Hołobok, druga odcisk herbu Odrowąż, pierwsza jest pieczęcią sędziego, druga podsędka. Na odwrotnéj stronie pergaminu kilka napisów późniejszych, jeden współczesny:

Meducha.
vendicio 1464. 200 marcarum
Kakolniki.

Dokument ten był intabulowany 28. Stycznia 1784 roku in Libro Fundat. Tomo XVI, pag. 63 według notaty na odwrotnéj stronie pergaminu.

## CII.

**Kazimierz Jagiellończyk pozwala Grzegorzowi z Sanoka, arcybiskupowi lwowskiemu, wykupić na własną korzyść wieś królewską Obroszyn z rąk Piotra ze Szamotuł, kasztelana poznańskiego, za zwrotem temuż sum, za które wieś tę w zastawie trzymał.**

**1465.**

**Kazimirus** dei gracia Rex Polonie Magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis. Quomodo ob multa bene merita, quibus Nobis Reverendissimus pater dominus Gregorius, Archiepiscopus Leopoliensis, sincere Nobis dilectus, in negociorum Nostrorum multiplicium (*sic*) complacuit et adhuc diligencie sue et virtutis aucto obsequio erga Nostram Maiestatem complacere melius poterit in posterum, horum intuitu et aliarum

virtutum suarum respectu, sibi villam Nostram Obroschin[1]), in Terra et districtu leopoliensi sitam, de manibus Magnifici Petri de Schamothuli, Castellani poznaniensis, sincere Nobis dilecti, ipsius voluntate ad hoc speciali accedente, redimere admisimus et dedimus, omnesque pecunias, quas ipse dominus Archiepiscopus eidem Magnifico Petro pro redempcione iuxta literas ipsius sibi super hoc confectas dederit, ipsi domino Archiepiscopo et suis Successoribus Archiepiscopis eiusdem Ecclesie super eadem villa Obroschin, Item Septingentas marcas, quas sibi de Solarys suis per Nobilem Cristoforum de Sctoromlo, olim Zupparium et Theloneatorem Nostrum, retentas, tenebantur et ipse de bona voluntate super Nos condescenderat, super eadem Nostra villa Obroschin assignamus et inscribimus tenore presencium mediante. In casu vero, quo ipse Magnificus Petrus super dicta villa Nostra Obroschin specialem Summam sibi in specialibus literis expressam et descriptam non habet, sed forte cum alys bonis Nostris puta Iaworow, Thuczampi et alys, que a Nobis obligatas in pecunys certis obtinet uno privilegio sed una litera inclusa esset, Extunc mandamus Magnifico et Generoso Stanislao de Chothecz, Palatino Podolie et Capitaneo Camenecensi et Haliciensi, Petro de Brannycze Iudici et Iohanni de Wyssokye Subiudici, ut coram ipsis hec eadem redempcio fiat, ut hoc per alias Nostras literas eis datas clarius expressum est. Et quam Summam pecunie ipse dominus Archiepiscopus dicto Magnifico Petro pro redempcione ville Obroschin predicte dederit, eandem Summam libro Terrestri Leopoliensi inscribi facient et literas eidem domino Archiepiscopo pro testimonio meliori super eadem Summa conficiant et tradant per ipsum dominum Archiepiscopum et suos Successores dictam villam Obroschin in eadem Summa redempta et Septingentis Marcis, quas sibi pro prefato Cristoforo obligabantur cum omnibus eiusdem ville Obroschin utilitatibus, fructibus, Censibus, redditibus, proventibus, agris, pratis, Campis, pascuis, Silvis, Borris, Gays, Rubetis, Quercetis, Mericis, virgultis, fluvys, fluminibus, lacubus, paludibus, piscinis, Stagnis, piscaturis, aquis, aquarum decursibus, Molendinis et eorum emolimentis, venacionibus, aucupacionibus, Mellificys et alys obvencionibus generaliter universis habendum, tenendum, possidendum et utifruendum, prout in suis metis et Graniciebus ipsa villa longe, late et circumferencialiter est limitata, tenta et distincta, tandiu (*sic*) quousque sibi domino Archiepiscopo aut Successoribus suis prefate pecunie, quibus ipsam villam Obroschin de manibus prefati Petri exemerit et Septingente Marce, quas sibi pro Cristoforo obligabantur,

---

[1]) Obroszyn wieś w powiecie grodeckim.

plene, totaliter et integraliter per Nos aut Successores Nostros fuerint persolute. Quo facto predicte ville possessio ad Nos et Successores Nostros pleno iure devolvetur, Iuribus Nostris Regalibus per omnia semper salvis. Harum quibus Sigillum Nostrum presentibus est subappensum testimonio literarum. Datum Leopoli feria Sexta post festum Sancti Stanislai in Mayo proxima (*10 Maja*) Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto.

Ad Relacionem Venerabilis Alberti de Zychlin Prepositi Calisiensis, Custodis Sandomiriensis, Regni Polonie Vicecancellary.

Oryginał na pergaminie w arch. arc. metr. lwowsk. obrz. łac. (Nr. XXXI), pieczęć oderwana, pozostał tylko pasek pergaminowy. Poniżéj dokumentu napis nieco późniejszy:

Lectum per Albertum de Zichlin Regni Polonie Viceeancellarium.

Na odwrotnéj stronie pergaminu:

Oblatae et revisae in Conventu Regni Varschoviensi
14 Marcy 1564.

## CIII.

**Jan Odrowąż ze Sprowy, starosta jeneralny ruski, z rozkazu króla Kazimierza Jagiellończyka traduje młyn Sopoty zwany Fedkowi Raskonowi. 1465.**

Iohannes Odrowansch de Sprowa Capitaneus Terre Russie Generalis et Tenutarius Zudaczoviensis Significamus tenore presencium Quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris, Quomodo oblata est nobis litera Serenissimi principis et domini, domini Kazimiri Dei gracia Regis Polonie, Magni ducis Lithwanie, Russie Prussieque domini et heredis etc. domini nostri graciosissimi per Nobilem Fedko Raskonem Terrigenam districtus Zudaczoviensis, mandando et committendo nobis, quod Molendinum, Soppothy dictum, cum piscina, agris, pratis et alys coherencys ad ipsum Molendinum ab antiquo spectantibus sibi Raskony reddamus et restituamus, cui ipsum Serenitas sua iuxta privilegia perpetua iuste permanserit. Quod molendinum ab ipso Raskone et suis predecessoribus a temporibus dudum transactis extiterat et fuerat ablatum et alienatum per Tenutarios Zudaczovienses, Nos autem tamquam fidelis servitor Sue Magestatis mandatis non contradicendo neque contra-

veniendo, verum in omnibus mandata et commissa Serenitatis Sue adimplendo, prefatum Molendinum Soppothy Cum agris, pratis, piscina et alys ad ipsum coherencys ad . . . . . . .[1]) condescendimus et per presentes resignamus ad mandata et commissa eiusdem domini nostri graciosissimi regis et iuxta perpetuorum privilegiorum eiusdem Raskonis contenta. Harum quibus sigillum nostrum est appenssum (*sic*) testimonio literarum. Actum et datum Leopoli dominico die Cantate ante festum Beate Zophie proxima *(sic) [12 Maja]* Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo quinto. Presentibus Magnificis et Generosis Dobeslao de Zyrauicza Premisliensi, Stanislao de Sydlowecz[2]) Castellanis, Marco Ratholth, Sobkone de Chlewyska curiensibus domine regine Polonie, Yuchno Nagwasday Capitaneo Zudaczoviense, Yura de Dambrowka et alys compluribus fidedignis ad premissa testibus.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. XIV, nr. 8) bardzo zniszczony. Na pasku pergaminowym zawieszona gałka woskowa z zupełnie zatartym odciskiem pieczątki.

## CIV.

**Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Piotr z Szamotuł, kasztelan poznański i jenerał wielkopolski, odebrał od Grzegorza z Sanoka, arcybiskupa lwowskiego, trzysta grzywien jako część wykupu za wieś królewską Obroszyn w zastawie trzymaną przez tegoż Piotra. 1465.**

Nos Petrus de Brancze Iudex Necnon Iohannes de Vyssokye Subiudex Terrestres Leopolienses generales Significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, Quomodo veniens personaliter ad nostram et Aliorum dominorum nobiscum protunc Iudicio Terrestri residencium presenciam Magnificus dominus Petrus de Schamotuli, Castellanus Poznaniensis Necnon Maioris Polonie Capitaneus generalis, Coram Iudicio eodem per expressum Recognovit, se recepisse et realiter levasse a Reverendissimo in Christo patre et domino, domino Gregorio, dei gracia Archiepiscopo leopoliensi, in computum istarum pecuniarum, quas habebat sibi per Serenissimum dominum Regem Polonie,

---

[1]) Dwa wyrazy nieczytelne.

[2]) Zapomniano tutaj dodać, jakim kasztelanem był Stanisław Szydłowiecki.

dominum nostrum graciosissimum scilicet Mille Tricentas marcas in et super Crechow et Obroschyn[1]) villis Regys inscriptas, Sexingentas marcas ratione Obroschyn. Domino vero Poznaniensi idem dominus Archiepiscopus redimendo de manibus suis dictam villam Obroschyn Tricentas marcas paratas in pecunys persolvit. Et iam ipse dominus Poznanyensis intromissionem Eidem domino Archiepiscopo realem et actualem in predictam villam Obroschin dedit. Tricentas vero marcas sibi domino Poznanyensi in et super villa Rzeczyczany[2]) et lapidea ac domo Archiepiscopali in circulo Leopoliensi sita inscripsit et obligavit. Ad que omnia ipse dominus Archiepiscopus memoriale posuit, quod nos recepimus. In cuius Rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum in Iure Terrestri Leopoli feria Sexta ante festum Sancti Iohannis Baptiste proxima *(21 Czerwca)* Anno domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo quinto. Presentibus ibidem Generosis et Nobilibus dominis Iohanne Swynka vexillifero, Nicolao de Romanow Subpincerna Leopoliensibus, Andrea de Syenno, Iohanne Hermanowsky Tribuno Trebowliensi, Gunczero de Syeniawa, Nicolao Schlappa, Nicolao Clusz, Gorgio *(sic)* de Malczycze Et alys ad premissa testibus.

Oryginał na ćwiartce pergaminowéj w arch. arc. metr. lwowsk. obrz. łac. (Nr. XXXII), zawieszone były dwie pieczęcie, po których pozostały paski pergaminowe.

## CV.

**Stanisław z Chodcza, wojewoda ruski, starosta kamieniecki i halicki, Piotr z Branic sędzia, i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy jako komisarze królewscy poświadczają, że Grzegorz z Sanoka, arcybiskup lwowski, spłacił Piotrowi z Szamotuł, kasztelanowi poznańskiemu, sześćset grzywien zwykłéj monety i odebrał od niego w zastawie w téj summie trzymaną wieś królewską Obroszyn.**

**1465.**

Stanislaus de Chotecz Palatinus Russie et Capitaneus Cameneczensis et Haliczyensis, Petrus de Brancze Iudex, Iohannes de Vyssokye Subiudex Terrestres Leopolienses generales, Iudices Commissary per Serenissimum Principem et dominum, dominum Kazimirum dei gracia Regem Polonie, Magnum ducem Lithvanie, Russie Prus-

[1]) Porównaj dyplom Nr. CII.
[2]) Rzeczyczany wieś w powiecie grodeckim.

sieque dominum et heredem, dominum nostrum graciosissimnm, ad infrascripta deputati, Significamus tenore presencium quibus expedit generaliter universis, Quomodo coram nobis veniens personaliter Magnificus dominus Petrus de Schamotuli, Castellanus Poznaniensis et Capitaneus Terre Polonie generalis, Publice Recognovit, quod ipse recepit Sexingentas Marcas de manibus Reverendissimi in Christo patris et domini domini Gregory, dei gracia Archiepiscopi Leopoliensis, realiter et cum effectu per manus famosi Nicolai Breyczhuch, Civis Leopoliensis, racione exemcionis ville Regie Maiestatis Obroschyn[1]) dicte, quam villam ipse dominus Rex redimi indulserat ipsi domino Archiepiscopo de manibus prefati domini Petri Castellani poznaniensis. Super que ipse dominus Archiepiscopus memoriale posuit, quod Iudicium recepit. In cuius Rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli feria Sexta ante festum Sancti Iohannis Baptiste proxima (*21 Czerwca*) Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto. Presentibus ibidem Generosis et Nobilibus dominis Nicolao de Romanow Subpincerna Leopoliensi, Andrea de Syenno Gunczero de Syenyawa, Nicolao Clusz, Nicolao Schlappa, Paulo Burzynsky Et alys ad Premissa testibus.

Oryginał na pergaminie w arch. arcyb. metr. lwowsk. obrz. łac. (Nr. XXX), zawieszone były trzy pieczęcie na paskach pergaminowych, wszystkie zaginęły. Na odwrotnéj stronie pergaminu napis ręką współczesną:

litera quo *(sic)* dominus poznaniensis recepit Sexingentas marcas pro Obroschyn per breychschuch.

Drugi napis późniejszy:

Oblatae et revisae in Conventu Regni Varschoviensi 14 Marcy 1564.

## CVI.

**Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Barbara, małżonka Jurszy Łabąty z Żukowa, córka Stanisława Dawidowskiego, pokwitowała ojca swego z pretensyi do majątku ojczystego i matczynego. 1466.**

Nos Petrus de Brancze Iudex et Iohannes de Wyssokye Subiudex Terrestres Leopolienses generales Significamus tenore presencium quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, Quomodo veniens personaliter ad nostram et aliorum dominorum nobiscum protunc Iudicio terrestri

[1]) Porównaj nr. CII i CIV.

residencium presenciam Nobilis Barbara consors Nobilis Iurscha Labatha de Zukow[1]), filia vero Nobilis Stanislai Dauidowsky, non compulsa nec coacta nec aliquo errore devio seducta, menteque corpore existens sana ac amicorum suorum maturo freta consilio coram Iudicio terrestri libere recognovit, quia sibi Barbare prefatus pater suus Stanislaus Dauidowsky de bonis paternalibus et maternalibus satisfecit Et iam ipsa Barbara cum successoribus pro eisdem bonis paternalibus et maternalibus perpetuum silencium habere debet. Super que omnia ipse Stanislaus Dauidowsky memoriale posuit, quod nos recepimus. In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et Datum Leopoli feria sexta proxima ante festum Purificacionis Marie *(31 Stycznia)* Anno Domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo Sexto presentibus ibidem Magnifico, Generosis et Nobilibus Dominis Paulo Odrowansch de Sprowa Castellano[2]), Georgio Strumilo Succamerario, Iohanne Chodorowsky Subdapifero, Nicolao Slappa[3]) Camerario Leopoliensibus, Clemente Strumilo, Martino Romanowsky, Iohanne Kulykowsky, Thoma Lopaczewsky Et alys circa premissa testibus fidedignis.

Oryginał na małéj ćwiartce pergaminowéj w bibl. OO. Dominikanów lwowskich. Na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęcie, które obie zaginęły. Dokument ten drukował już poprzednio Fr. Ks. Wolański w Dod. do Gaz. Lwowsk. 1859, nr. 25.

## CVII.

**Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Elżbieta Gologórska, córka zmarłego Mikołaja Gologórskiego, kasztelana halickiego, odstąpiła wieś królewską Oleneczyce w zastawie za sto grzywien zwykłéj monety trzymaną Piotrowi z Szamotuł, kasztelanowi poznańskiemu i jenerałowi wielkopolskiemu.**

**1466.**

Nos Petrus de Brancze Iudex necnon Iohannes de Wyssokye Subiudex terrestres Leopolienses generales Significamus tenore presencium quibus expedit generaliter uni-

[1]) Według objaśnienia podanego przez Alexandra z Siecina Krasickiego (Dod. do Gaz. lwowskiéj 1859, nr. 27) ten *Iurscha Labatha de Zukow* zwał się Jurszą herbu Łabędź Żuchowskim a pisał się od wsi Żuchowa w województwie Sandomirskiém leżącéj.

[2]) Paweł Odrowąż ze Sprowy, kasztelan lwowski, nie jest umieszczony w spisie kasztelanów tamtejszych w koronie polskiéj Niesieckiego.

[3]) *Nicolaus Slappa Camerarius Leopoliensis* według wyż wymienionego objaśnienia p. Al. Krasickiego nie jest kto inny jak Mikołaj Słabosz z Dąbrowy herbu Wieniawa, tworzący z Mężykami dom jeden, z których to

versis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris Quomodo veniens personaliter ad nostram et aliorum dominorum nobiscum protunc Iudicio terrestri residencium presenciam Generosa domina Elizabeth, heres de Golegori, filia Magnifici Nicolai Gologorsky, Castellani haliciensis pie memorie, non compulsa nec coacta, nec aliquo errore devio seducta, menteque corpore existens sana ac amicorum suorum maturo freta consilio, coram eodem Iudicio terrestri libere recognovit, quia villam Regie Maiestatis tenuteque sue protunc dictam Olenczycze[1]), in districtu leopoliensi sitam, unacum litera Regali in se Centum marcas continente et cum eodem Iure, prout sola tenuit, habuit et possedit a suis antecessoribus, Magnifico domino Petro de Schamotuli, Castellano Poznaniensi et Capitaneo Maiorispolonie generali et suis successoribus, condescendit et condescendens rite ac racionabiliter et irrevocabiliter iusto condescensionis titulo resignavit. Pro quibusquidem Centum marcis ipsa Elizabeth ab ipso Domino Petro Castellano Poznaniensi solucionem totalem et effectualem recognovit et per expressum est fassa recepisse et realiter levasse. In qua quidem condescensione dicte ville Olenczycze ipsa Elizabeth et sua posteritas ipsum Dominum Petrum Castellanum Poznaniensem et suos successores ab omni persona sexus utriusque iuxta consuetudinem terrestrem, prout ad aliquam personam prescripcio terrestris spectat et dinoscitur pertinere, protegere et tueri est obligata et tenebitur, Nullo Iure ipsum dominum Petrum, Castellanum Poznaniensem, evadendo, nec aliqua prescripcione, colloquio generali, Nec eciam aliqua re excogitata sibi in facto subsidiaria, que ipsi Elizabeth prodesse sibique Domino Petro obesse videretur. Super que omnia per ipsum Dominum Castellanum Poznaniensem memoriale est positum, per nos vero receptum. In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt Appensa. Actum et Datum Leopoli die sabbato proximo post festum sancti Georgy *(26 Kwietnia)* Anno domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo Sexto, presentibus ibidem Generosis et Nobilibus Iohanne Swynka de Pomorzany vexillifero, Iohanne Iaczymyrsky Dapifero leopoliensibus, Sigismundo de Pomorzany Tenutario in Crasnystaw, Iohanne et Dobeslao de Olesko, Sigismundo de Kalysschany, Iohanne alias Iwaskone de Czemyerzyncze, Thoma lopaczensky Et alys quampluribus testibus fidedignis circa premissa.

---

Mężyków znaczniejszy Jan Słabosz z Dąbrowy był ruskim wojewodą 1436 r. zmarł 1437 r. Ten sam Jan Mężyk z Dąbrowy pisze się w r. 1427 (nr. XLIX dyplomatariusza niniejszego) *Suppremus pincerna domini Regis et Capitaneus Russie generalis*, w r. 1431 zaś (nr. LIII zbioru naszego) *Capitaneus Leopoliensis.*

[1]) Porównaj dokument Nr. XCIV i adnotacyą tamże do nazwy téj dołączoną.

Oryginał na pergaminie w arch. arc. metr. lwowsk. obrz. łac. (nr. XXXV), zawieszone były dwie pieczęcie, po których pozostały dwa paski pergaminowe. Na odwrotnéj stronie pergaminu napis współczesny:

Resignacio ville Olenczycze et litere super eandem domino Poznaniensi per Elyzabeth 1466.

## CVIII.

**Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Grzegorz z Sanoka, arcybiskup lwowski, wypłacił Piotrowi, kasztelanowi poznańskiemu i jenerałowi wielkopolskiemu, sześćset grzywien należące się temuż za wykup wsi Obroszyna.**

**1466.**

Nos Petrus de Brancze Iudex Necnon Iohannes de Vyssokye Subiudex Terrestres Leopolienses generales Significamus tenore presencium quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, Quomodo veniens personaliter ad nostram et aliorum dominorum nobiscum protunc Iudicio Terrestri residencium presenciam Famosus dominus Brzeyczuch, Civis Leopoliensis, Cui coram nobis Magnificus dominus dominus Petrus Castellanus Poznaniensis et Capitaneus Maiorispolonie generalis, plenam potestatem dedit ad recipiendam, tollendam et levandam summam pecuniarum, scilicet Sexingentas Marcas monete et numeri Polonicalium, de manibus Reverendissimi in Christo patris et domini domini Gregory dei gracia Archiepiscopi Leopoliensis, Quas eidem Magnifico domino Petro Castellano ipse dominus Archiepiscopus tenebatur pro villa Obroschyn[1]) de manibus suis redempta, videlicet Tricentas Marcas in paratis, ducentas Marcas, in quibus obligaverat ipse dominus Archiepiscopus Eidem domino Petro Castellano villam Rzeczyczany et Centum in quibus obligaverat domum Archiepiscopalem in Circulo Leopoliensi sitam, Recognovit se idem dominus Nicolaus Breyczuch plene, realiter et cum effectu prefatas Sexingentas Marcas recepisse et levasse Et de inscripcione libri Terrestris inscripcionem, quam ipse dominus Archiepiscopus in dictis Sexingentis marcis ipsi domino Castellano fecit, delere mandavit. Super que ipse dominus Archiepiscopus memoriale posuit, quod nos recepimus. In cuius Rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli feria Sexta ante festum Pentecostes proxima

---

[1]) Porównaj dokumenta Nr. CII, CIV i CV.

*(23 Maja)* Anno domini millesimo quadringentesimo Sexagesimo sexto. Presentibus ibidem Generosis et Nobilibus dominis Georgio Stromilo Succamerario, Iohanne Swynka vexillifero, Iohanne Chodorowsky dapifero, Iohanne Culykowsky Subdapifero, Nicolao Clusz, Paulo Burzynsky, Et alys ad premissa testibus.

Oryginał na ćwiartce pergaminowéj w arch. arc. metr. lwowsk. obrz. łac. (Nr. XXXIV). Zawieszone były na paskach pergaminowych dwie pieczęci, z których pierwsza pozostała i przedstawia na wosku wyciśnięty herb Hołobok. Na odwrotnéj stronie pergaminu napis:

Oblata et revisa in Conventu Regni Varschoviensi
14 Marcy 1564.

## CIX.

**Ihnat z Kutyszcza sędzia i Piotr z Godów chorąży haliccy poświadczają, że Piotr z Dobejowa, podsędek halicki, sprzedał wieś swoją Siemiankowce, w obwodzie halickim położoną, za dwieście pięćdziesiąt grzywien zwykłéj monety Grzegorzowi z Sanoka, arcybiskupowi lwowskiemu.**
**1466.**

Nos Ihnath de Cuthiscza Iudex et Petrus de Godow Vexillifer halicienses protunc loco subiudicis Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium Noticiam habituris, Quomodo veniens personaliter coram nobis Iudicio presidentibus Generosus Dominus Petrus de Dobeyow, Subiudex haliciensis, non compulsus, nec coactus, nec aliquo errore devio seductus, Sed existens sanus mente et corpore, publice Recognovit, Quia villam suam dictam Syemankowcze[1]), in Terra et Districtu haliciensi sittam, *(sic)* Reverendissimo in Christo patri domino ac domino Gregorio, Dei gratia Archiepiscopo leopoliensi, et sue Ecclesie pro Ducentis et Quinquaginta Marcis numeri et monete polonicalis, communiter in Regno Polonie currentis, Quadraginta et octo grossos quamlibet in marcam computando, vendidit perpetualiter et pro eadem villa Syemankowcze solucionem plenariam Dictarum Ducentarum et Quinquaginta Marcarum recepit et levavit realiter et cum effectu et iam coram nobis eandem villam ipsi Domino Archiepiscopo et sue Ecclesie resignavit et realem ac actualem possessionem dedit. Quam villam ipse Dominus Archiepiscopus et sua Ecclesia cum omnibus eiusdem ville utilitatibus, fructibus, Censibus,

[1]) *Syemankowcze* dzisiaj Siemikowce w powiecie rohatyńskim do r. k. arcybiskupstwa lwowskiego należące.

proventibus, Dacionibus, Campis, Agris, pratis, Silvis, Nemoribus, Gays, piscinis, Demissionibus ipsarum, Molendinis, ipsorum Emolimentis Et universis attinencys et pertinencys ad ipsam villam exantiquo spectantibus, tenebit, habebit et pacifice possidebit, cum eodem Iure et Dominio, prout ipse Petrus Subiudex tenuit et possidebat, perpetue et in Evum, constituens ipsum Dominum Archiepiscopum et Ecclesiam suam eiusdem ville verum et legitimum dominum et heredem, Hoc specialiter expresso, Quod ipse Dominus Archiepiscopus et sui successores debet *(sic)* perpetue pro Anima ipsius Petri Subiudicis Et Generose Domine Elene moderne Consortis sue carissime Semel singulis Annis Missam pro defunctis ad . . . . . . .[1]) peragere perpetue et in Evum. Et super hoc Memoriale positum est, quod Iudicium recepit. In cuius Rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt Subappensa. Actum et Datum in halicz feria Quarta proxima post festum penthecosten *(28 Maja)* Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Sexto, presentibus Magnificis et Generosis dominis Stanislao de Chotecz pallatino (*sic*) Terre Russie generali, Camenecensi ac Haliciensi Capitaneo, Michaele Muzilo de Buczacz pallatino podoliensi, Snyathinensi, Colomiensi Capitaneo, Iohanne de Daleyow Succamerario, Iohanne de Marthinow Subdapifero, Iohanne de Bolschow Gladifero, Zavissio de Hnylcze Et Alys quampluribus fide dignis ad premissa.

Orygnał na pergaminie w arch. arc. metr. lwowsk. obrz. łac. (nr. XXXIII). Zawieszone były na paskach pergaminowych dwie pieczęcie, z tych druga pozostała i przedstawia na wosku wyciśnięty herb Odrowąż Piotra z Godów. Dokument ten był intabulowanym na dniu 28 Stycznia 1784 r. in Libro Fundat. Tomo XVI, pag. 54 według notaty na odwrotnéj stronie pergaminu.

## CX.

### Michał i Jan z Buczacza dziedzice na Jazłowcu potwierdzają i pomnażają fundacyą kościoła parafialnego w Jazłowcu dokonaną w r. 1436 przez ojca ich Teodoryka z Buczacza. 1467.

**In nomine Domini Amen.** Ad perpetuam rei memoriam. Cum ea que inter homines fiunt et aguntur ipsaque homines temporibus eviternis optant permanere, ne simul cum fluxu temporis ac decessu hominum ea contingat decedere, sagax humane nature conditio ea consuevit literis ac testibus fide dignis necnon sigillorum

[1]) Nieczytelny jeden wyraz.

munimine roborare, ut habere valeant robur perpetue firmitatis atque memoriam sempiternam. Proinde Nos Theodoricus de Buczacz alias heres in Iazlowiecz[1]) universis et singulis presentibus ac futuris cupimus fore notum serie presencium. Quomodo curam sollicitam gerentes continue de salute nostre ac predecessorum nostrorum animarum optantesque cultum divine laudis summopere adaugere et sacratarum edium dotacionem Ecclesie parochiali Sancte Marie Magdalene et Rectori seu Plebano eiusdem Ecclesie in Iazlowiecz, cuius ius patronatus et collacio ad nos tanquam ad verum et legittimum patronum dignoscitur pertinere, villam nostram Niezbrody[2]) dictam in terra Podolie in districtu Czerwonogrodensi sittam et locatam cum omni iure et Dominio et omnibus illius ville utilitatibus, fructibus, censibus, proventibus et obvencionibus universis, Necnon agris, pratis, campis, pascuis sive nemoribus, gays, quercetis, pinetis, mellificys, rubetis, virgultis, sareptis, venacionibus, aucupacionibus, aquis et earum decursibus, fluminibus, lacubus, stagnis, paludibus, rivulis, scaturiginibus, piscinis, piscatorys, quas piscinas Rector pro tempore existens in rivulo dicto Holowiszna fundare et edificare debet tantas, quantas habere poterit cum ambabus ripis dicti rivuli, quam longe lateque easdem piscinas diffundere poterit una cum molendino ac eius emolumentis et generaliter cum omnibus et singulis prescripte ville utilitatibus, que nunc sunt ibi vel in futurum fieri poterint, in confinys ville predicte tam longe lateque, prout eadem villa ab alys villis rivis circumquaque adiacentibus in suis metis et graniciebus est limitata et distincta, ibi nihil iuris aut dominy pro nobis aut nostris successoribus in eadem villa Niezbrody reservando, dedimus, assignavimus et inscripsimus serieque presencium damus, assignamus et inscribimus temporibus perpetuis. Ut autem Rector seu Plebanus Ecclesie supradicte et melius et securius valeat ac possit divina attentare et se a cura terrenorum semovere, eidem Rectori, qui nunc est vel fuerit pro tempore, ac Ecclesie supradicte adiunximus atque addimus subsidia atque nostras dotaciones tenenda, danda atque solvenda, nos atque nostros successores legittimos obligamus ac astringimus per presentes temporibus eviternis. In primisque in districtu Czerwonogrodensi post omnes nostras ac nostrorum Successorum legittimorum araturas, que nunc coluntur vel in futurum colentur decimas manipulares omnis grani annis singulis dari assignare cum

[1]) Jazlowice miasto w powiecie buczackim.

[2]) *Niezbrody* wieś ta nazywa się dzisiaj Znibrody, leży w powiecie buczackim i jest do dziś dnia własnością r. k. probostwa w Jazlowcu. Czy w r. 1467 nazywała się rzeczywiście *Niezbrodami*, jak napisano tutaj, czy téż nazwa ta jest tylko przekręcona przez przepisywacza, trudno osądzić, ponieważ przywiléj drukujemy nie z oryginału, lecz z kopii.

effectu et . . . . . . .[1]) ex integro debemus, volumus ac tenemur. Item duos laneos civiles una cum area, ubi possit allodium constituere donamus et dedimus. Item in tribus nostris molendinis videlicet in Iazlowiecz, Zaleszcze et Przewloka[2]) decimam metretam de omni grano singulis septimanis Plebanus tollet ac levabit. Item unam piscinam in suburbio oppidi nostri iazlovecensis in rivulo eciam Iazlowiecz nuncupato. Item unam parvam piscinam vulgariter Sadzawka prope Ecclesiam adiacentem. Item in flumine Surzyn unam piscinam magnam, que quondam incepta erat, adiacentem prope Camiennebrodu dedimus et damus serie presencium parando predicte Ecclesie et suo Rectori existenti nunc et in evum. Item Edes Ecclesie et suo Rectori privatas inter ripam fluminis Stripa et viam vulgariter Dmitrowa droga damus et assignamus. Item incole ville Ecclesiastice seu villani videlicet Niezbrody in nostra villa et eius confinys videlicet Sokolow[3]) debent uti et gaudere omnibus et singulis fructibus et utilitatibus, quibus omnes villani eiusdem ville Sokolow gaudent et utuntur sine omni impedimento temporibus perpetuis. Item Eidem Rectori singulis annis unum equum de nostra equirea etatis unius anni nos ac Successores nostros legittimos inscribimus et astringimus per presentes dare et assignare irrecuse. Item annis singulis de decimis porcorum et Scropharum, que nobis aut nostris Successoribus de nostris mericis inter fluvium Stripa et villam Sokolow dabuntur et solventur racione decime eidem Plebano ac Sue Ecclesie a centum porcis seu scrophis quinque porcos seu scrophas et a quinquaginta tres dare tenebuntur. Insuper de quolibet laneo oppidi predicti Iazlowiecz omnes oppidani agros colentes annis singulis unam tunnam siliginis, aliam avene mensure eiusdem oppidi, ceterique oppidani agros non colentes domosque possidentes per quattuor *(sic)* grossos parvos et eorum inquilini per duos singulis quattuor temporibus anni dare et solvere sunt astricti temporibus eviternis. Item Braxatorium in platea eundo de circulo oppidi in dextra parte eundo ad portam civitatis, circa quam portam damus hortum inter rivulum iazlowiecz et fluvium Olchowiecz incipiens a valle, ubi dictus fluvius iazlowiecz prius manabat seu fluebat, usque ad scabella per que itur ad Ecclesiam. Item Hortum alium incipientem a ponte circa ripam dicti fluvy Olchowiecz Et e converso circumferencialiter usque ad pontem pro fructibus reservandis. Item Hortum incipientem a prima semita eundo ad Ecclesiam usque ad balneum castrense circa ripam fluvy dicti Olchowiecz usque ad hortum Petri

[1]) Jeden wyraz nieczytelny.
[2]) Przewloka z Zalesiem wieś w powiecie buczackim.
[3]) Sokołów wieś w powiecie buczackim.

Chorązy. Item Quilibet Plebanus pro tempore circa eandem Ecclesiam existens vicarium fovere seu servare sit adstrictus et tenebitur. In quorum omnium testimonium nostrum Sigillum presentibus est subappensum. Actum et Datum in Zalesczc feria sexta in Crastino purificacionis Marie gloriose virginis *(3 Lutego)* Anno Domini Millessimo *(sic)* Quadringentessimo (*sic*) Trigessimo *(sic)* Sexto, presentibus Reverendissimo in Christo patre Domino Domino Paulo Dei gracia Episcopo Camenecensi ac Honorabili et nobilibus Dominis Paulo Capellano eiusdem Reverendissimi Patris, Domarato de Sladkow, Bartholomeo Tribuno Camenecensi de Blisniowa, Nicolao de Poznania, Iacobo de Rybicz, Thoma Kotskowicz, Slawcone de Gorki, Woleslao de Kontrowo heredibus et alys quam pluribus fide dignis circa premissa tunc presentibus.

Quas omnes dotaciones et inscripciones patris nostri Nos Michael et Iohannes de Buczacz alias heredes de Iazlowiecz fratres germani indivisi scripto presenti ratificamus, confirmamus et perehennamus *(sic)* videntesque quod laudes divine in eadem Ecclesia secundum Christianitatis decenciam depromuntur et decantantur atque peraguntur, volentes ut non minuantur, sed pociora capiant incrementa, Cupientesque diem extremum operibus nostris prevenire, de nostris bonis proprys adiungimus quedam subsidia in hunc modum. Primo damus in scripturis ac incorporamus perpetue et in evum eidem Ecclesie seu eius Plebano pro tempore existenti piscinulam in suburbio et in rivulo Iazlowiecz inferiorem piscinulam Plebani sup . . . . . .[1]) Item Hortum iacentem prope hortum prius scripti Chorązy et pro apibus reservandis in loco bene provento, ubi Plebano eiusdem Ecclesie commodius videbitur. Item Brassatorium in loco sine damno et destruccione oppidi Plebanus edificare poterit, in quo oppidani et villani nostri libere absque omni impedimento laborare poterint per laboratores eiusdem Brassatory. Eciam damus et inscribimus perpetue et in evum tres marcas pecunie consueti numeri polonici et monete in terra currentis de nostro theloneo iazlowecensi singulis annis et . . . . . . . .[2]) dare irrecuse. Qui Plebanus pro tunc existens pro huiusmodi nostris adiunccionibus et inscripcionibus tenebitur et erit adstrictus per nos aut nostros successores unam missam in septimana videlicet singulis ferys secundis Requiem pro animabus predecessorum nostrorum alta voce decantare, aliam vero die Sabbatino singulis septimanis videlicet Salve Sancte parens pro peccatis et salute nostra nostrorumque successorum legittimorum similiter alta voce decantare tenebitur. Item eciam idem Plebanus circa eandem Ecclesiam nostram

[1]) Kilka liter zniszczonych, może sup*radicti*.
[2]) Dwa wyrazy nieczytelne.

proprie existens quibusvis Quatuor temporibus vigilias et unam missam pro defunctis alta voce depromere atque per sacerdotes suos agere tenebitur. Item eciam quilibet Rector eiusdem Ecclesie propter huiusmodi nostras adaucciones tenebitur alium vicarium servare et ad id per nos aut nostros successores erit astrictus. Sin autem contingat, quod tales inscripciones adimplere nollet Vicariumque alium servare postponeret, ex tunc nos et nostri Successores huiusmodi adiuncciones retinere possumus tamdiu, donec tales inscripciones et adstricciones implebuntur. Harum quibus Sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum et Datum in Jazlowiecz Sabbato infra octavas Visitacionis Beate Marie alias ipso die Sancti Procopi *(4 Lipca)* Anno Domini Millessimo *(sic)* Quadringentessimo (*sic*) Sexagessimo (*sic*) Septimo. Presentibus Venerabili viro Domino Baz Canonico Leopoliensi, Necnon Honorabilibus Petro Plebano in Petlikowcze, Sigismundo Capellano nostro Castrensi ac Stanislao Vicario eiusdem Ecclesie, Nobilibusque Georgio de Zmigrod genero nostro, Thoma de Biala, Marco de Gagolino, Nicolao notario nostro, Petro Szloma ac alys multis fide dignis ad premissa vocatis.

Transumptum ex eius vero Originali per me Ioannem de Scarbimiria Notarium Publicum de mandato Reverendissimi et concordat cum suo originali de verbo ad verbum, de quo fidem facio manu propria.

Wydrukowano według kopii urzędowéj przechowanéj w archiw. kons. metr. lwows. obrz. łac.

# CXI.

**Kazimierz Jagiellończyk zapisuje Albertowi Borowskiemu, notaryuszowi królewskiemu, dwieście grzywien zwykléj monety na wsiach królewskich Kozłowie, Kropiwnie, Grodzisku, Olszance i Tawrowie, w obwodzie trembowelskim położonych, i oddaje mu wsie te w zastaw.**

**1467.**

**Kazimirus** Dei gracia Rex Polonie, Magnus dux Lythwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis, Quomodo consideratis fidelibus assiduisque obsequys Nobilis Alberti Borowsky, Notary Nostri fidelis dilecti, quibus Nobis reique publice ac toti Corone in disposicione pacis cum Imperatore Thartarorum Mordulath nominato, a quo novissime revenit, Terrisque et exercitibus eidem subiectis, a quibus tunc insecuritatem bellumque Regno

Nostro formidabamus, faciende pluribusque fatigis periculisque se exponendo dudum Nobis studuit complacere, horum itaque suorum intuitu serviciorum, volentes eum favoribus et beneficys Nostris reddere consolatum et contentum Necnon ut ad similia exequendum eum in posterum reddamus prompciorem, Sibi suisque successoribus In bonis Nostris Regalibus Cozlow, Cropywna, Grodzysko, Olschanka et Thaurow[1]), in Terra Nostra Haliciensi et districtu Trebowliensi sitis, Ducentas Marcas comunis pecunie, monete et numeri polonicalis consueti, Quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, dedimus, donavimus, inscripsimus et sumus largiti, tenoreque presencium damus, donamus, inscribimus et largimur, per ipsum Albertum Borowsky suosque legittimos successores predicta bona Cozlow cum alys villis suprascriptis ad illa ab antiquo pertinentibus, et cum omnibus eorundem bonorum et villarum proventibus, censibus, redditibus, areis, incolis, laboribus, predys, agris, campis, pratis, pascuis, fluvys, fluminibus, piscinis, lacubus et eorum emolimentis, Silvis, desertis, borris, nemoribus, gays, mellificys, venacionibus, aucupacionibus, Et generaliter cum omnibus utilitatibus, usibus, fructibus, quocunque nomine vocitentur, quicunque nunc ibi sunt aut in futurum arte racioneque humana poterint excogitari, Et cum omni Iure, dominio et proprietate, coherencysque et pertinencys universis, nichil penitus excipiendo, tenendum, habendum, pacificeque et quiete possidendum et utifruendum, Tamdiu quousque Sibi aut suis successoribus dicte ducente marce per Nos aut Nostros successores integraliter et extoto fuerint persolute. Quibus tandem solutis, possessio dictorum bonorum et villarum ac aliarum pertinenciarum ad Nos et Nostros successores redibit et revolvetur pleno Iure, Iuribus tamen et Stacionibus Nostris semper salvis. Harum quibus Sigillum Nostrum appensum est testimonio literarum. Datum in Grodno Sabbato in vigilia omnium sanctorum *(31 Października)* Anno domini millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Septimo.

Relacio Venerabilis Alberti de Zychlin Custodis Sandomiriensis, Gneznensis, Cracoviensis, Wladislaviensis etc. Canonici, Regni Polonie Vicecancellary.

Dokument oryginalny na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. III, nr. 3) dobrze zachowany i czytelnie pisany, pieczęć oderwana, pozostał po niéj tylko pasek pergaminowy.

---

[1]) Kozłów w powiecie brzeżańskim. Kropiwna w powiecie złoczowskim. Grodzisko (Horodyszcze) i Olszanka przysiołki do Kozłowa. *Thaurow* dziś Toworów w powiecie brzeżańskim.

# CXII.

**Kazimierz Jagiellończyk zapisuje Albertowi Borowskiemu sto grzywien zwykłéj monety na wsiach królewskich Kozłowie, Tawrowie, Kropiwnie, Krasnéj, Olszańce i Grodzisku w zastaw temuż Borowskiemu oddanych.**

**1468.**

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, Magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris, Quod dum superiori tempore Imperatore olim Edzigerei Thartharorum tunc in humanis agente et in quodam hoste suo Imperatore videlicet Transwolhensi optata potito victoria ad congratulandum eidem de triumpho Strenuum et Nobilem Albertum Borowsky Currentem nostrum fidelem dilectum Tharthariam misimus, quem non sine multis Impensi difficultatibus et discriminibus yberno tempore Campisque Thartarice Algore pruinarum, Niviumque et geluum acerbitate undique obtectis Iter huiusmodi constat peregisse, Quorum intuitu serviciorum suorum volentes ipsum Nostre liberalitatis munificencia et graciarum prerogativa prosequi facereque consolatum ac de prompto facere prompciorem Sibi et ipsius Successoribus Centum Marcas comunis pecunie, monete et numeri polonicalis consueti, Quadraginta octo grossos in quamlibet Marcam computando, In et super bonis Nostris Regalibus videlicet Coszlow, Thaurow, Cropywna, Crasna, Olschanka et Grodzisko[1], villis in Terris Russie et districtu Trebowliensi sitis, cum omnibus et singulis dictarum Villarum Censibus, Redditibus, proventibus, fructibus, usibus, laboribus, Angarys, Curys, arcis, predys, allodys, Ortis, agris, Campis, pratis, pascuis, graminibus, graminetis, Silvis, Borris, Gays, Nemoribus, Indaginibus, Sarcptis, mericis, Rubetis, quercetis, dumetis, mellificys, venacionibus, aucupacionibus, appendys, fluvys, fluminibus, lacubus, Stagnis, piscinis, piscaturis, Scenis, paludibus, Rivis, Rivulis, Torrentibus, aquis et earum decursibus, Molendinis et eorum emolimentis, Cum omnique Iure, dominio ac proprietate, ac generaliter cum quibuscunque utilitatibus, pertinencys et obvencionibus universis ad dictas Villas seu bona Nostra Regalia quolibet spectantibus, quibuscumque nominibus censeantur, Inscripsimus, demonstravimus, dedimus et donavimus, assignavimus, largiti sumus

---

[1]) Krasna w powiecie brzeżańskim. Inne tutaj wymienione wsie objaśnione już były przy dokumencie Nr. CXI, który porównaj.

ac Inscribimus, demonstramus, damus, donamus et largimur tenore presencium mediante, Per dictum Albertum et ipsius Successores tenendum, habendum, utifruendum, pacifice et quiete possidendum, ac in usus suos beneplacitos, prout sibi melius videbitur expedire, convertendum. Tamdiu donec prefate Centum Marce ipsi Alberto aut suis Successoribus per Nos aut Nostros Successores fuerint plenarie et integre exolute *(sic)*. Quibus persolutis dictarum Villarum possessio ad Nos et Nostros Successores revertetur. Stacionibus et Iuribus Nostris Regalibus per omnia semper salvis. Harum quibus Sigillum Nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Datum Cracovie feria tercia infra Octavas Ascensionis domini *(31 Maja)* anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo.

Relacio Venerabilis Alberti de Zichlin Regni Polonie Vicecancellary.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metrop. lwowsk. obrz. łac. (Loc. III, nr. 3), pieczęć oderwana, pozostał tylko pasek pergaminowy. Dokument ten był oblatowany w grodzie lwowskim na dniu 26 Lipca (feria quarta post Festum Sancti Iacobi) roku 1643. (Zobacz Acta castr. Leopol. rok 1643, tom 394 str. 1051—1053.)

## CXIII.

**Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Jan Chodorowski pozwala Grzegorzowi, arcybiskupowi lwowskiemu, wykupić dobra Kuropatniki, Czenyow i Budyłow od mieszczanina lwowskiego Mikolaja Czornberg za summę zastawną 650 zlotych.**

**1470.**

Nos Petrus de Brancze Iudex necnon Iohannes de Wyssokye Subiudex Terrestres leopolienses generales Significamus tenore Presencium quibus expedit generaliter universis tam Presentibus quam futuris Presencium noticiam habituris, Quomodo veniens personaliter Generosus dominus Iohannes Chodorowsky, dapifer leopoliensis, Recognovit quia consensit Reverendissimo in Christo Patri et domino, domino Gregorio dei gracia Archiepiscopo leopoliensi, ut redimeret villas suas scilicet Curopathnyky, Czenyow et Budylow[1]), in districtu leopoliensi sitas, de manibus Famosi do-

[1]) Kuropatniki, Ceniów i Budyłów w powiecie brzeżańskim.

mini Nicolai Czornberg, Civis leopoliensis, in eadem totali summa pecunie, quam ipse Nicolaus Czornberg habuit sibi a prefato domino Iohanne Chodorowsky inscriptam, videlicet in Sexingentis quinquaginta florenis, cum omni Iure et potestate obligandi prescripte inscripcionis. Ad que omnia ipse Dominus Archiepiscopus memoriale Posuit, quod nos recepimus. In cuius Rei testimonium Sigilla nostra Presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli in terminis Particularibus feria Sexta post festum Circumcisionis Domini *(5 Stycznia)* Leopoli celebratis Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo Septuagesimo. Presentibus ibidem Generosis et Nobilibus Dominis Georgio Strumilo Succamerario, Iohanne Swynka vexillifero, Iohanne Chodorowsky dapifero, Iohanne Culykowsky Subdapifero leopoliensibus, Gunczac de Syenyawa, Iwaskone Duleppsky Et alys ad premissa testibus fide dignis.

Oryginał na ćwiartce pergaminowéj w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. II, nr. 8). Na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęcie, z tych po pierwszéj sędziego Piotra z Branic pozostał odłamek przedstawiający odcisk herbu Hołobok, druga podsędka zaginęła.

## CXIV.

**Jan Kola z Dalejowa, podkomorzy halicki, na rozkaz króla Kazimierza Jagiellończyka rozgranicza wsie królewskie Dubowiec i Chrostków od wsi arcybiskupiéj Bybło.**
**1470.**

Nos Iohannes Cola de Daleiow Succamerarius Haliciensis Recognoscimus omnibus et singulis quibus expedit universis per presentes, Quod nos de mandato et commissione speciali Serenissimi Principis et Domini Domini Kazimiri dei gracia Regis Polonie, Magni Ducis Lithwanie, Russie Prussieque Domini et heredis, Domini Nostri graciosissimi, unacum Magnificis, Generosis ac Nobilibus Dominis in Commissione predicta et mandato Regie Maiestatis descriptis et expressis, quorum eciam Sigilla ad firmiorem fidem inferius presentibus una cum meo sigillo sunt appensa, videlicet Dominis Michaele Muzylo de Buczacz Palatino Podolie, Andrea Frydro de Pelschewicze Castellano, Ihnatcone de Cutyscze Iudice, Iohanne Spycznik de Bolschow Gladifero Haliciensibus, Exivimus ad faciendas et distinguendas granicies inter villas Dubowiecz et Chrostkow bona Regalia ex una et inter villam Bibel inferiorem bona Archiepiscopalia Ecclesie Leopoliensis, in terra et districtu Haliciensi sitas, parte ex

altera, et in presencia Magnifici domini Stanislai de Chotecz Palatini Russie et Camenecensis ac Haliciensis Capitanei, qui eciam speciale mandatum Regie Maiestatis super faciendis et distinguendis predictis granicys coram nobis exhibuit. Tunc nos vocatis ad hoc iuxta mandatum et Commissionem Regie Maiestatis senioribus et antiquis hominibus et idoneis viris de Halicz, Dubowiecz et Chrostkow, et ibi solum Deum habentes pre oculis prius omnium seniorum virorum predictorum consciencias de veritate et iusticia dicenda oneravimus, ex quorum et multorum aliorum seniorum ibi existencium pari et unanimi relacione exquisita, tales inter bona predicta Regalia et Archiepiscopalia fecimus, limitavimus et distinximus ac scopulis et signis fieri consuetis, ex utraque parte sipatis, consignavimus granicies. Primo videlicet ex parte ville Dubowiecz incipiendo a litore Dniestr iuxta rubetum Zawirbka dictum primum scopulum sipavimus, deinde supra procedendo et scopulos sipando ad viam, que vadit super aggerem piscine Biblensis, ubi ex utraque parte vie duos scopulos sipavimus et ab inde eundo versus lozy, que iacent super prata Biblensia usque ad viam antiquam, que vadit de Dubowiecz in Siemikowcze, ibi similiter duos scopulos sipavimus, et inde eundo ad viam, que vadit de Wolczkow in Halicz. Et pretereundo scaturiginem, vulgariter vero krinicza, in Biblensi parte Berescyanka dictam, usque ad dupna mogila scopulos sipavimus. Item ex alia parte inter villas Chrostkow et Bibel, Incipiendo a Dniestr primum scopulum sipavimus in litore prope navigium dictum Szewkowsky przewoz, Et inde eundo directe per antiquum wamwoz versus montem Cutelowa dictum, et ab illo usque ad vallem, vulgariter do Doliny Rutka dictam, que est supra aggerem piscine maioris inferioris Kankolniczensis[1]), et ibi per totum scopulos sipari fecimus. Datum in loco granicierum predictarum feria secunda post festum Sancti Iohannis Baptiste *(25 Czerwca)* Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo.

Dokument ten był potwierdzony przez króla Zygmunta III w r. 1588. Potwierdzenie to brzmi:

**Sigismundus** Tercius Dei gratia Rex Poloniae, magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque etc. nec non eadem gratia designatus Rex Sueciae, Magni Ducatus Finlandiae Haeres etc. Significamus prresentibus literis Nostris quorum interest universis et singulis, Reproductas et exhibitas Nobis esse per Reverendissimum in Christo Patrem Dominum Ioannem Demetrium Solikowski

[1]) Dubowce, Chorostków, Siemikowce, Bybło, Wołczków, Kąkolniki wsie w pobliżu Halicza.

Archiepiscopum Leopoliensem literas pergameneas factarum et erectarum granitierum inter bona Nostra Regalia villarum Dubowiecz et Chrostkow ex una et bona villarum Bibel inferiorem Archiepiscopalia Ecclesiae Leopoliensis in terra et districtu Haliciensi sita ex altera partibus, per officium competens et Commissarios certos, ab olim Serenissimo Divae memoriae Cazimiro Poloniae Rege antecessore Nostro ad hoc negocium expediendum datos et assignatos, sub sigillis eorundem emanatas, sanas, salvas et integras, Supplicatumque Nobis per eundem Reverendissimum fuisse, ut nos litteras ipsas ratas et gratas habere, ac eas de autoritate Nostra Regia approbare, confirmare, roburque perpetuum habere declarare dignaremur, quarum litterarum tenor sequitur et est talis.

Następuje dokument z r. 1470 powyżéj umięszczony, potém brzmi potwierdzenie:

Nos itaque Sigismundus Rex praenominatus petitioni huiusmodi praedicti Reverendissimi Nobis factae benigne annuentes litteras praeinsertas granicierum approbandas et ratificandas esse duximus, approbamusque et ratificamus, ac easdem iuxta iuris praescriptum robur debitae et perpetuae firmitatis semper obtinendas debere volumus litteris hisce nostris. In cuius rei fidem praesentes manu Nostra subscripsimus, Sigilloque Regni consignari iussimus. Datae Cracoviae die vigesima tertia mensis May, Anno domini Millesimo quingentesimo octuagesimo Octavo, Regni vero Nostri Primo.

Sigismundus Rex. Georgius Braneczki.

Oryginał potwierdzenia na arkuszu pergaminowym w arch. arc. metr. lwowsk. obrz. łac. (Nr. XXXVI). Pieczęć większa królewska, na wosku czerwonym wyciśnięta, zawieszona na sznurach jedwabnych koloru amarantowego, niebieskiego i karmazynowego. Dokument ten był intabulowanym na dniu 28 Stycznia 1784 r. in Libro Fundatt. Instrumentt. Tomo 20, pag. 37, według notaty na odwrotnéj stronie pergaminu.

## CXV.

### Kazimierz Jagiellończyk ustanawia w mieście arcybiskupiém Dunajowie dwa jarmarki doroczne jeden na św. Piotra w okowach, drugi na św. Jadwigę, i targi tygodniowe. 1470.

**In Nomine Domini Amen.** Ad rei memoriam sempiternam. Cum Regie dignitati conveniat singulorum intendere comoditatibus subditorum, Ad illorum tamen amplienda comoda singulariter acclinamur, quos Nobis et fidei comendat integritas

et ex quorum comodis Regia attollitur sublimitas, Proinde Nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie Necnon Terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Magnus dux Lythwanie, Russie, Prussieque ac Culmensis, Elbingensis et Pomeranie dominus et heres Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris, Quomodo animadvertentes alte fidei probitatem et constantiam consily, periciam et probitatem, quibus Reverendus in Christo pater ac dominus Gregorius Archiepiscopus Leopoliensis, sincere Nobis dilectus, se multipliciter gratum reddidit et acceptum, peticionibusque suis Nostre Maiestati porrectis, benigniter annuentes cupientesque Opidi ipsius Dunayow[1]), in Terris Russie et districtu Leopoliensi siti, condicionem facere meliorem, quatenus tempore Nostri felicis *(regiminis)* suarum facultatum uberiora suscipere queat incrementa, in ipso Opido Dunayow fo(*rum*) Annale unum pro Advincula Sancti Petri per octo dies integros et aliud pro sancte (*Hedvigis*) similiter per octo dies, festis continue et immediate sese sequentibus. Ita quod si in (*prescriptis*) festis alys forte Civitatibus, tam (*Nostris Regalibus*), tam spiritualium et secular(*ium perso*)narum huiusmodi Annalia fora suprascripta quoquomodo preiudicium et grava(*men genera*)re viderentur, extunc in sequentibus *(festis, unum videlicet)* pro beati Egidy et aliud *(pro sancti)* Martini Episcopi transfer(*errentur et tr*)ansponerentur. Forum autem Septim*(anale in eodem)* Opido Dunayow feria . . . . . .[2]) s(*ingul*)is annis continue et immediate se se se(*quentibus*) celebrandum, tenendum et observandum ind*(iximus)*, statuimus et posuimus, Indicimusque, *(ponimus et statuimus)* perpetue et in ewum tenore presencium mediante. Ab omnibus et singulis (*mer*)catoribus, vectoribus et negociatoribus et quamplurimis cuiuscumque status, condicionis, sexus (*aut preeminencie)* existant more civitatum et aliorum Opidorum Regni, sic, ut prefertur, tenendum, exercendum et realiter contumandum, Decernentes presentis scripti Nostri patrocinio, ut quum . . . . . . .[3]) ad huiusmodi Nundina sive Annalia fora pro festivitatibus suprascriptis ad sepedictum Opidum Dunayow gracia emendi, vendendi, mercandi, negociandi et res pro rebus commutandi acceserint, in accedendo et redeundo ac recedendo securitate Nostra plenaria et Nostrorum successorum pociantur, nisi tales sint, quos Iura non tuentur et quibus merito fidedignorum consorcia denegantur. In cuius rei testimonium Sigillum Nostrum presentibus est subappensum. Actum in Leopoli feria quinta in vigilia

[1]) Dunajów w powiecie przemyślańskim.
[2]) W oryginale tutaj pozostawiono próżne miejsce.
[3]) Zniszczone jeden lub dwa wyrazy, może *in posterum*.

beati Bartholomei (*23 Sierpnia*) Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo. Presentibus ibidem Reverendo in Christo patre domino Nicolao Episcopo Camenecensi Necnon Magnificis, Strenuis et Generosis Stanislao de Chotecz Russie, Haliciensi et Camenecensi Capitaneo, Michaele Muzilo de Buczacz Podolie Pallatinis, Dobeslao de Wysznycze Castellano Lublinensi, Iohanne de Rythwyany Regni Polonie Marschalko, Dobeslao de Zyrawycza Premisliensi, Dobeslao de Bysthow Belzensi Castellanis, Michaele Lassoczsky Succamerario Lanciciensi, Raphaele de Iaroslaw Leopoliensi et Paulo Iaszensky Belzensi et Chelmensi Capitaneis, Aliisque quampluribus testibus circa premissa. Datum per manus Venerabilis Alberti de Zychlin Custodis Sandomiriensis, Gneznensis, Cracoviensis, Wladislaviensis et Poznaniensis Ecclesiarum Canonici ac Regni Polonie vicecancellary, Sincere nobis dilecti.

Ad Relacionem eiusdem Venerabilis Alberti de Zychlin, Regni Polonie Vicecancellary.

Dokument oryginalny na pergaminie wielkiego formatu w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. II, nr. 5) znacznie uszkodzony, text zrestytuowano za pomocą kopii z początku wieku XVII (kop. arcyb. str. 28 i nast.) a miejsca uzupełnione jak zwykle drukowano *kursywą*. Pieczęć oderwana, pozostały tylko sznury jedwabne koloru czerwonego, białego i niebieskiego. Na odwrotnéj stronie pergaminu jeden napis znacznie późniejszy, drugi współczesny:

foralium annalium oppidi Dunayow 1470.

# CXVI.

## Kazimierz Jagiellończyk zapisuje Albertowi Borowskiemu dwieście grzywien zwykłéj monety na majętności królewskiéj Kozłow już poprzednio w zastaw temuż Borowskiemu oddanéj. 1471.

Kazimirus Dei Gracia Rex Polonie, Magnus dux Lythwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis, Quomodo attentis servicys et debite pensatis meritis, quibus Nobis Generosus et Strenuus Albertus Borowski, fidelis Noster dilectus, multipliciter commendatus existit, Horum intuitu volentes ipsum reddere consolatum Sibi et suis legittimis successoribus In et super bonis Nostris Regalibus, videlicet villa Kozlow[1]), tenute eiusdem, Du-

[1]) Porównaj dokumenta nr. CXI i CXII.

centas Marcas pecuniarum monete et numeri polonicalium consuetorum, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, dedimus, donavimus et inscribimus, tenore presencium mediante, per ipsum et suos legittimos successores iuxta vim et tenorem priorum literarum Nostrarum sibi super eadem bona per Nos concessarum, Cum omnibus et singulis eiusdem ville censibus, Redditibus, proventibus, agris, pratis, campis, allodys, ortis, graminibus, graminetis, pascuis, silvis, borris, Rubetis, quercetis, Nemoribus, Indaginibus, venacionibus, aucupacionibus, Lacubus, Stagnis, piscinis, piscaturis, Rivis, Rivulis, Torrentibus, Aquis et earum decursibus, Molendinis et eorum emolimentis, tenendum, habendum, utifruendum ac in dicta summa pecuniarum alteri obligandum, pacificeque et quiete possidendum Tamdiu quousque sibi et suis successoribus legittimis per Nos aut Successores Nostros legittimos predicte Ducente Marce una cum alys Summis pecuniarum, sibi per Nos super bona numerata datis et inscriptis, totaliter et ex integro persolute fuerint, Stacionibus et Iuribus Nostris Regalibus semper salvis. Harum quibus Sigillum Nostrum presentibus est subappensum testimonio litterarum. Datum in Lukow feria quarta post festum Circumcisionis domini proxima *(2 Stycznia)* Anno Nativitatis eiusdem Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.

Relacio Venerabilis Alberti de Zychlin Regni Polonie Vicecancellary.

Oryginał na ćwiartce pergaminowéj w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. III, nr. 3) z mniejszą pieczęcią królewską zawieszoną na pasku pergaminowym.

## CXVII.

### Stanisław z Chodcza, wojewoda ruski, starosta kamieniecki i halicki, uposaża kościół w Rumnie.
### 1471.

**In nomine domini Amen.** Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam humana memoria eternitati non comensuratur, Igitur expedit, ut ea que in humanis fuerint negocys apice literarum et testium annotacione perpetuitatis ratitudine deducantur, Proinde nos Stanislaus de Chodecz Palatinus Terre Russie Camenecensisque et Haliciensis Capitaneus generalis Significamus presencium per tenorem et palam profitemur universis quibus expedit tam presentibus quam futuris, Quia ob remedium salutis

nostre et nostrorum predecessorum ac eciam omnium nascentum et nascendorum nostrorum Zelo amoris desuper accensi, diem itaque Iudicy extremi operibus pyetatis deposcentes prevenire, Et ut Ecclesia parrochialis in Hrumno[1]) nostre Collacionis in honorem Iesucristri eiusque virginis illibatae matris Marie sub vocabulo sancte Katherine Patrone principalis fundata per nos et errecta certis dotetur Stipendys, Quod Rectores huiusmodi Ecclesie pro tempore existentes, nostris suffulti presidys, Iesucristi clemenciam creatoris nostri pro nostra et Generose conthoralis nostre carissime Barbare ac omnium predecessorum necnon nascentum et nascendorum nostrorum universorumque Cristicolarum salute eo diligencius valeant exorare et ibidem cultum divinum solicite et constanter peragere, Ideo agnita constancia honorabilis Alberti de Pyotrowycze, Capellani Gneznensis Dioecesis, eiusdem Ecclesie in Hrumno Plebani, exoratoris nostri, favorose ad eundem acclinati, sibi et Ecclesie sue predicte decimam manipularem post agros predy nostri in eadem villa nostra Hrumno cuiuslibet grani videlicet Siliginis, Tritici, Avene, Ordei, Pisi, Scruti et aliorum preter semina Mulierum damus, incorporamus et donamus Donacione perpetua et irrevocabili. Item damus eidem Plebano et Successoribus eius medium alterum laneum pro ipsius Curia. In quo laneo cum medio ipse Plebanus et Sui successores potest locare kmethones et ortulanos iuxta exigenciam, tali tamen condicione, quod homines dicti Plebani nostro Iuri Teutunico prout et aly homines nostri in eadem villa tenebuntur obedire. Item damus et statuimus dicto Alberto Plebano et suis Successoribus tres Mercas *(sic)* census annuatim de duabus Tabernis in eadem villa nostra Hrumno, de una Taberna mediam alteram Mercam *(sic)* et de alia Taberna similiter mediam alteram Mercam, Numeri consueti et monete Polonicalis, in quamlibet Mercam quadraginta octo grossos computando. Item damus dicto Plebano et suis Successoribus unam Piscinam, que iacet post dworzysko Baytkonis et aliam Piscinam, que est Sita in medio laneorum ipsius Plebani. Item damus et donamus eidem Plebano et suis Successoribus Piscarium alias Sadzawka, quod iacet penes antiquam Tabernam in Gurgite alias napotoku, qui currit per laneos plebani. In quo quidem Gurgite dictus Plebanus et sui Successores potest sibi aliud et aliud facere. Item damus et donamus dicto Plebano et suis Successoribus lacum dictum Potok cum prato sibi adiacenti circa fluvium Nyestr situato. Item damus et donamus eidem Plebano et suis Successoribus Missalia alias Meszne in eadem villa nostra Hrumno de quolibet laneo hominum nos-

---

[1]) *Hrumno* dziś Rumno w powiecie Rudki. *A. P.*

trorum annuatim Truncum Siliginis et truncum Avene, de medio vero laneo aut de quarta parte ipsius lanei secundum exigenciam. Item damus et donamus dicto Plebano et suis Successoribus Clericales alias Zakowe de quolibet kmethone in eadem villa Hrumno ad festum Michaelis unum grossum et ad festum pasche similiter. Item de Ortulanis et Inquilinis alias S potsadkow ad festum Michaelis per quinque obulos, ad festum vero pasche per quatuor. Item damus et donamus dicto Plebano et suis Successoribus de molendino nostro ibidem in Hrumno decimum Truncum alias decimam metretam cuiuslibet grani quod molatur. Item Inquilini et Ortulani in eadem villa Hrumno dicto Plebano et suis Successoribus tenebuntur dare singulis annis Mensales ad festum Pasche per unum grossum. Item omnes Rutheni in eadem villa nostra, qui nobis singulis annis dabant lagwyczne alias praznyczne, dicto Plebano et suis Successoribus tenebuntur dare annuatim Truncum Siliginis et truncum Avene, prout et aly kmethones nostri in villa prefata nostra. Racione cuius plebani solucionis lagwyczne aut praznyczne perpetue et in evum eisdem Ruthenis indulgemus. Item prefatus Plebanus et sui Successores tenebuntur qualibet septimana legere unam Missam pro peccatis, aliam defunctorum ad vitam nostram, post mortem vero nostram missa pro peccatis in missam defunctorum commutatur, pro nobis et predecessoribus nostris ac omnibus natis et nascendis nostris perpetue et in evum. Que omnia et singula suprascripta dictus Albertus Plebanus et sui Successores tenebit tenebuntque et possidebunt perpetue et in evum. Anno Domini Mille *(sic)* Datum in Hurmno *(sic)* Feria quarta post undecim milia virginum (*23 Października*) Anno domini Millessimo Quadringentissimo *(sic)* Septuagesimo Primo.

Oryginał na pergaminie w arch. kons. metr. lwowsk. obrz. łac. Na wypłowiałych sznurkach zawieszona gałka woskowa z zupełnie zatartym odciskiem pieczątki. Dokument ten był już poprzednio drukowany w Dod. do Gaz. Lwowsk. rok 1859, nr. 16 i 17.

## CXVIII.

**Stanisław Trzebuchowski, Oficyał metropolitalny lwowski, rozstrzyga spór między Janem Tomaszewskim, plebanem żydaczowskim, a mieszczanami tegoż miasta na korzyść plebana. 1474.**

In Nomine Domini Amen. Nos Stanislaus de Trzebochow Canonicus Vicariusque in Spiritualibus et Officialis Sancte Ecclesie Metropolitane Generalis ad perpetuam

rei geste memoriam et universorum tam presencium quam futurorum noticiam deducimus, quomodo orta dudum coram nobis inter Honorabilem Dominum Iohannem Tomaszewski in Zydaczow Plebanum Actorem ex una et Providos Andream olim Viceadvocatum et Consules reos de eadem Zydaczow ex altera partibus nostre Dioecesis de et super quibusdam criminibus usurarum Prato dicto Monschna et ipsius Coherencys a macello et ipsorum occasione materie questionis. Nos vero via ordinaria inter ipsas Partes procedendo Terminis necessarys ac debito Iuris Ordine et quibuscunque de Iure servandis ex Confessione et recognicione Testium pro terminis dicti Domini Iohannis Plebani et sue Ecclesiae Zydaczoviensis per expressum iudicialiter factis ad nostram Senteneiam definitivam in suprascriptis ferendam duximus procedendum ipsamque pro parte prefati domini Iohannis et sue Ecclesie in Zydaczow ac contra dictos Andream Viceadvocatum, Consules et Cives in eadem Zydaczow existentes tulimus et prenunciavimus in hunc qui sequitur modum: Christi Nomine invocato ipsum solum pre oculis habendo pro Tribunali sedentes ex his, que ex Deposicionibus Testium honorabilis Domini Iohannis Plebani et sue Ecclesie in Zydaczow ab una et Providorum Andree Viceadvocati olim et Consulum et Civium de eadem Zydaczow hinc inde super suis Articulis ab altera parte inductorum vidimus, cognovimus et per hanc nostram Sentenciam definitivam, quam ferimus, in his scriptis pronunciavimus, decernimus et declaramus Et super obiecta tangencia speciem usure dicimus, tales pacciones in solucionibus et mutuis debitis Contractibus fuisse et esse illicitas et ab Ecclesia prohibitas, que usuram paliare videntur. Demum de prato dicto Moschna inter Ripam fluvy Stry ab una et lacum dictum Moschna partibus ab altera iacens, quod Pratum ipsius Domini Plebani Iohannis antecessores in Zydaczow ab antiquo pacifice et quiete tenuerunt et possederunt, ac macello in articulis posito, quod Rectoribus Plebanis in Zydaczow spectabant (*sic*) et spectare debent et eisdem libertatibus et Servis in eis laborantibus sine omne preiudicio et quovis Impedimento gaudere et ipsis Plebanis protunc existentibus perpetue ac in evum subiacere. Vitricusque de agri pecunia eidem pro Servicio concessa per ipsius Andree Potenciam non debuit reprimi, ut Vitrici Laici Ecclesie deservientes singulari eciam gauderent libertatis prerogativa, quamobrem prefatus Iohannes in Zydaczow Plebanus prefatum Andream Viceadvocatum pro huiusmodi Paccionibus illicitis in et ex solucionibus per ipsum habitis et levatis, que ab Ecclesia sunt prohibite, merito ut Pastor ovium Censuris Ecclesiasticis correxit et pro iniurys Ecclesie iuste contradixit. De famulo vero Carnifice eiusdem Domini Iohannis Plebani percusso, ex quo Concordia

per Generosum Dominum Iurscha de Chodorostaw Capitaneum tunc Zydaczoviensem fuit facta et due sexagene pro eadem percussione per Concordiam ipsi famulo fuerunt decrete, pro quibus prefatus Andreas posuit se principalem Fideiussorem, prefato Domino Iohanni Plebano duas Sexagenas occasione huiusmodi percussionis solvere et dare compellimus ac in Expensis litis legitime factis prefato Domino Iohanni Plebano condemnamus, quarum Taxacionem nobis in posterum reservamus. In quorum omnium et singulorum fidem et Testimonium premissorum presentes nostras litteras sive presens publicum Instrumentum huiusmodi nostram pronuciacionem sive Sentenciam definitivam in se continens exinde fieri et per publicum Imperiali Authoritate Notarium infrascriptum scribi, subscribi et publicari nostrique Sigilli appensione iussimus et fecimus communiri; lecta, lata et inscriptis pronunciata fuit et est hec nostra definitiva sentencia per Nos Stanislaum Iudicem memoratum. Actum et Datum Leopoli in Domo Habitacionis nostre Anno domini 1474 Indiccione septima, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Sixti Divina Providencia Pape Quarti moderni, Anno ipsius quinto, die vero Mercury, quinto decimo mensis Iuny, presentibus ibidem Honorabili et Discretis Viris Dominis Kiliano de Marzemno Canonico, Iohanne de Krosno, Stanislao Gąska, Nicolao Traczka, Iohanne Wysiatycki Notario publico Ecclesie Leopoliensis prioris et alys quam plurimis fide dignis Testibus circa premissa.

(S. N.)

Et Ego Petrus Petri de Osiek Clericus Vladislaviensis Dioecesis, publicus Imperiali Authoritate Notarius, quia predicte Sentencie definitive ex Actis prefati Venerabilis Domini Stanislai Canonici in Spiritualibus Vicary et Officialis Ecclesie Metropolitane Leopoliensis Generalis et Notis olim circumspecti Iohannis Wysiatycki Mathie de Wysiatyce Premisliensis Dioecesis Notary et scribe Consistory eius manu circa prolacionem eiusdem Sentencie definitive consignatis et manus eiusdem recognicione alysque omnibus, dum sic ut premittitur agerentur et fierent una cum prenominatis Testibus ad huiusmodi recognicionem manus sue vocatis presens interfui eaque omnia sic fieri vidi et audivi et ex eius Prothocollo in hanc publicam formam dictam Sentenciam definitivam redegi signoque et nomine meis ac Sigillo prefati Domini Officialis

Iudicis de mandato speciali appensione consignavi et communivi in fidem ac Testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

Dokument ten wraz z dwoma innymi, które poniżéj wymienimy, był potwierdzony w r. 1578 przez króla Stefana Batorego. Potwierdzenie to brzmi jak następuje:

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae Samogitiaeque etc. nec non Transilvaniarum Princeps Significamus praesentibus Litteris nostris, quorum interest universis et singulis, exhibitas esse nobis Ternas litteras pergameneas, latino sermone scriptas, unas quidem Divi Wladislai olim Poloniae Regis Praedecessoris nostri, alteras Illustris Principis Swidrigelionis Zydaczoviensis pro tunc tenutarii et Gubernatoris, tertias vero Venerabilis Stanislai de Trzebuchow Canonici Vicariique in Spiritualibus et Officialis Ecclesiae Metropolitanae Leopoliensis Sigillisque eorum communitas. Priores quidem binas Donationem seu attributionem Villae dictae Roguzno et viginti suburbanorum in Suburbio Nostro Zydaczoviensi nec non certi Paludis seu Lacus Ecclesiae Zydaczoviensis in honorem S. Mariae dicatae factam, Tertias vero Decretum pro parte dictae Ecclesiae Plebani Actoris contra Consules atque Viceadvocatum Zydaczoviensem occasione cuiusdam Lacus nec non Macelli atque Prati ac Agri latum in se continens, sanas, salvas omnisque suspicionis notas carentes, supplicatumque esse nobis, ut easdem litteras omniaque in eis contenta authoritate nostra Regia approbare, ratificare et confirmare dignaremur, quarum quidem litterarum tenor de verbo ad verbum sequitur estque talis.

Następują trzy dokumenta, najprzód Władysława Jagiełły z r. 1387 oddrukowany tutaj pod nr. XVI, potém księcia Świdrygiełły z r. 1415 oddrukowany tutaj pod nr. XXXIX, wreszcie z r. 1474 powyżéj umieszczony, potém brzmi potwierdzenie daléj:

Nos itaque Stephanus Rex praenominatae Supplicationi eiusmodi tamquam iustae ac rationi consonae benigne annuendo praeinsertas litteras omniaque eorum contenta in omnibus earum punctis, clausulis, articulis et conditionibus authoritate nostra Regia approbandas, confirmandas et ratificandas esse duximus, prout quidem approbamus, confirmamus et ratificamus praesentibus litteris nostris, decernentes easdem robur debitae ac perpetuae firmitatis obtinere debere. Harum testimonium litterarum, quas manu Nostra propria subscripsimus eidemque Sigillum Nostrum appendi iussimus. Datum Leopoli die vigesima mensis Iunii Anno Domini 1578, Regni vero Nostri tertio.

Stephanus Rex.

Powyższe potwierdzenie wraz z trzema w niém zawartymi dokumentami wydrukowano według oblaty w aktach grodzkich lwowskich (Feria Sexta post Dominicam Laetare Anno 1738). Zobacz Acta Castr. Leopol. Tom. 541, pag. 324—332.

# CXIX.

**Kazimierz Jagiellończyk zapisuje Albertowi Borowskiemu pięćdziesiąt grzywien zwykłéj monety na wsiach królewskich Kozłowie i Tawrowie w zastaw temuż Borowskiemu oddanych. 1474.**

Kazimirus dei gracia Rex Polonie, Magnus dux Lythwanie, Russie Prusieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium universis quibus expedit, Quod licet pro Magnifico olim Stanislao de Chodecz, pallatino Russie, tunc in humanis agente, aput *(sic)* Honorabilem Mathiam de Stara Lomza, Notarium Nostrum fidelem dilectum, Centum marcas monete et numeri polonicalium superiori tempore intercesseramus, et easdem in bonis Nostris Regalibus Szoczke, in Terra haliciensi sitis, eidem Mathie inscripseramus, tamen peticionibus eiusdem Mathie permoti et inducti pro extenuacione et solucione certorum suorum debitorum dictas Centum Marcas in partes resolvendas et particulariter nonnullis personis in alys Nostris bonis inscribendas duximus. Et ideo propter merita, servicia prelibati Mathie de summa predictarum Centum Marcarum Nobili et Strenuo Alberto Borowsky Quinquaginta Marcas In et super bonis Nostris Koslow, Thaurow[1]) in Terra haliciensi et districtu Trebowliensi sitis demonstravimus, assignavimus, demonstramusque, assignamus atque inscribimus tenore presencium mediante, prefata bona tenendum, habendum, pacifice et quiete possidendum, iuxta vim et continenciam aliarum literarum Nostrarum in eisdem bonis inscriptarum, tamdiu donec per Nos et Nostros successores sibi vel suis successoribus prefate quinquaginta marce ex integro fuerint persolute et ex toto. Quibus solutis possesio prefatorum bonorum ad Nos revertetur pleno Iure. Stacionibus et Iuribus per omnia semper salvis. Harum quibus Sigillum Nostrum presentibus est subappensum testimonio literarum. Datum in Radom Sabbatho infra octavas Nativitatis domini *(31 Grudnia)* Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto.

Datum per manus Venerabilis prepositi Gneznensis et Regni Polonie Cancellarii.

---

[1]) Porównaj dokumenta nr. CXI, CXII i CXVI.

Oryginał na ćwiartce pergaminowéj w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. III, nr. 3) pieczęć oderwana, pozostało tylko wcięcie, w którém pasek przytrzymujący pieczęć był zaczepiony.

# CXX.

**Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Mikołaj i Andrzéj z Podusowa, bracia rodzeni, sprzedali swą dzielnicę w Podusowie za sto sześćdziesiąt grzywien zwykłéj monety Grzegorzowi z Sanoka, arcybiskupowi lwowskiemu.**

**1475.**

Nos Petrus de Brancze Iudex et Iohannes de Vyssokye Subiudex Terrestres Leopolienses generales Significamus tenore presencium quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, Quomodo venientes personaliter ad nostram et aliorum dominorum protunc nobiscum Iudicio terrestri residencium presenciam Nobiles Nicolaus et Andreas, fratres germani de Podusszow[1]), Non compulsi, non coacti, Neque aliquo errore devio seducti, Menteque et corpore existentes sani et amicorum suorum maturo freti consilio, coram nobis libere recognoverunt, quia totam ipsorum sortem, alias Gych wschythką dzelnyczą, in Podusszow villa, in districtu leopoliensi sita, Cum omni Iure, dominio et proprietate, utilitatibus, censibus, Redditibus, fructibus, proventibus, Agris, pratis, Campis, Silvis, mericis, virgultis, Quercetis, Mellificys, venacionibus, aucupacionibus, Rivis, Torrentibus, fluvys, Aquis et earum decursibus, Piscinis et ipsarum demissionibus, Molendinis et eorum emolimentis, Thabernis, Kmethonibus ac obvencionibus generaliter universis, quibuscunque nominibus vocittentur *(sic)*, Nichil penitus Iuris, dominy et proprietatis pro se suisque successoribus reservando, Reverendissimo in Christo patri et domino, domino Gregorio, dei gracia Archiepiscopo leopoliensi, pro Centum Sexaginta marcis pecunie communis monete et numeri polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, perpetue et in evum vendiderunt, et vendentes rite ac racionabiliter iusto resignacionis et vendicionis titulo, eviterne resignaverunt, per ipsum dominum Archiepiscopum et eius successores tenendum, habendum, vendendum, donandum, commutandum, alienandum et temporibus perpetuis pacifice et quiete possi-

---

[1]) Podusów wieś w powiecie przemyślańskim.

dendum, ac in usus suos suorumque successorum beneplacitos et voluntarios, prout sue Reverendissime paternitati melius et utilius videbitur expedire convertendum. Eciam sepefati Nobiles Nicolaus et Andreas de Podusszow obligati sunt sepefatum dominum Archiepiscopum aut eius successores protegere et tueri ab omni persona sexus utriusque, prout ad aliquam personam prescripcio terrestris spectat in eadem vendicione dicte sortis. Eciam sepefati Nicolaus et Andreas circa eadem acta stantes personaliter recognoverunt, quia ipsis prefatus dominus Archiepiscopus satisfecit pro dictis Centum Sexaginta marcis pecuniarum. Super quo memoratus dominus Archiepiscopus memoriale posuit, quod nos recepimus. In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum leopoli in terminis particularibus feria Sexta ante festum sancti Georgy proxima *(21 Kwietnia)* Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto. Presentibus ibidem Magnificis, Generosis et Nobilibus dominis Dobeslao de Byschow Castellano Belzensi, Nicolao et Paulo Clusszovye, Iohanne Czemyerzynsky, Iohanne Czyzykowsky, Sigismundo de Calyschany et alys ad premissa testibus fidedignis.

Oryginał na pergaminie w arch. arc. metr. lwowsk. obrz. łac. (Nr. XXXVIII), zawieszone były dwie pieczęcie na paskach pergaminowych, z tych jedna oderwana, druga bardzo uszkodzona przedstawia na wosku odcisk herbu Odrowąż, którym się pieczętował Jan z Wysokiego. Dokument ten był intabulowanym na dniu 9 Lutego r. 1784 in Libro Fundat. Tomo XIV, pag. 62, według notaty na odwrotnéj stronie pergaminu.

## CXXI.

**Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Andrzéj z Szamotuł, kasztelan międzyrzecki, sprzedał wieś swoją dziedziczną Czarnuszowice, w obwodzie lwowskim położoną, za trzysta grzywien zwykłéj monety Grzegorzowi z Sanoka, arcybiskupowi lwowskiemu. 1475.**

Nos Petrus de Brancze Iudex et Iohannes de Vyssokye Subiudex Terrestres Leopolienses generales Significamus tenore Presencium quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, Quomodo veniens personaliter ad nostram et aliorum dominorum protunc Iudicio terrestri residencium presenciam Magnificus dominus Andreas de Schamotuli, Castellanus Myedzyrzecensis,

Non compulsus, nec coactus, neque aliquo errore devio seductus, menteque et corpore existens sanus ac amicorum suorum maturo fretus consilio, coram nobis libere recognovit: Quia villam suam hereditariam, in districtu leopoliensi sitam, Czarnuschovycze[1]) nuncupatam, ipsam ex paterna successione possessam cum perpetuis Iuribus, litteris, Munimentis omnibus et proprietatibus, utilitatibus, Censibus, fructibus, redditibus, proventibus, Agris, pratis, Campis, Silvis, Mericis, Gays, pinetis, Mellificys, virgultis, querectis, venacionibus, aucupacionibus, Rivis, Torrentibus, fluvys, Aquis et earum decursibus, piscinis ipsarumque demissionibus, Molendinis et eorum emolimentis, Thabernis ac obvencionibus generaliter universis, quibuscunque nominibus et vocabulo vocitentur, Necnon cum omnibus appendys et coherencys ad dictam villam Czarnuschovycze quomodolibet spectantibus, prout ipsa villa in suis metis, limitibus et graniciebus longe, late et circumferencialiter est limitata ex antiquoque tenta et distincta, Nichil Iuris, dominy et proprietatis pro se et suis successoribus in eadem villa Czarnuschovycze penitus reservando, Reverendissimo in Christo patri et domino, domino Gregorio, dei gracia Archiepiscopo, et sue Ecclesie leopoliensi, perpetue et in evum vendidit, et vendens rite ac racionabiliter iusto vendicionis titulo pro Tricentis marcis pecunie, communis monete et numeri polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, temporibus perpetuis resignavit et intromissionem per Ianussium ministerialem cum effectu dedit, Ac litteras omnes, quas habuit super eandem villam Czarnuschovycze perpetuas, pro quibus sibi Idem dominus Archiepiscopus satisfecit, plene solvendo restituit, et alias omnes litteras, si que adhuc essent non restitute per eundem dominum Andream, mortificat et anullat, per ipsum dominum Archiepiscopum ac Ecclesiam suam successoresque suos tenendum, habendum, dandum, donandum, vendendum, obligandum, commuttandum, alienandum temporibusque perpetuis pacifice et quiete possidendum ac in usus suos suorumque successorum beneplacitos et voluntarios, prout sibi sueque Reverendissime paternitatis successoribus melius, utilius et conveniencius videbitur expedire, convertendam *(sic)*. In quaquidem vendicione et resignacione dicte ville fatus dominus Andreas aut ipsius successores Ipsum dominum Archiepiscopum et Ecclesiam suam successoresque suos ab omni persona sexus utriusque, prout ad aliquam personam prescripcio terrestris spectat, protegere et tueri iuxta consuetudinem terrestrem est obligatus et tenebitur. Ad que omnia fatus dominus Archiepisco-

---

[1]) Czarnuszowice wieś w powiecie lwowskim.

pus memoriale posuit, quod nos recepimus. In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum leopoli in terminis particularibus feria Sexta post festum Omnium sanctorum proxima *(3 Listopada)* Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto. Presentibus ibidem Generosis et Nobilibus dominis Nicolao Odrovansch de Sprowa dapifero leopoliensi, Iohanne de Odnow, Petro Odrovansch de Broszdowcze, Iohanne de Brancze, Vasszyly de Szvystelnyky, Sigismundo de Calyschany, Mychno de Borschow, Et alys ad premissa testibus fidedignis.

Oryginał na pergaminie w arch. arc. metr. lwowsk. obrz. łac. (Nr. XXXVII), zawieszone były dwie pieczęcie, po których pozostały dwa paski pergaminowe. Na odwrotnéj stronie pergaminu napis współczesny:

Czarnusovicze vendicio pro 300 marcis reverend. domino Gregorio archiepiscopo leopoliensi 1475.

# CXXII.

**Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Andrzéj z Szamotuł, kasztelan międzyrzecki, odstąpił wieś królewską Oleńczyce, w zastawie trzymaną a w obwodzie lwowskim położoną, za summę stu trzydziestu i siedmiu grzywien zwykléj monety Grzegorzowi z Sanoka, arcybiskupowi lwowskiemu.**
**1475.**

Nos Petrus de Brancze Iudex et Iohannes de Vyssokye Subiudex Terrestres leopolienses generales Significamus tenore Presencium quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, Quomodo ad nostram et aliorum dominorum nobiscum Iudicio terrestri residencium presenciam Magnificus dominus Andreas de Schamotuli, Castellanus Myedzyrzecensis, veniens personaliter, Non compulsus, nec coactus, Neque aliquo errore devio seductus, menteque et corpore existens sanus et amicorum suorum maturo fretus consilio, coram nobis libere recognovit: Quia villam Regie Maiestatis Tenuteque sue protunc dictam Olenczycze[1]), in districtu leopoliensi sitam, una cum litteris Regalibus Super Centum triginta septem marcas canentibus, Cum eodem Iure, prout solus tenuit, habuit et possedit a suis antecessoribus, Reverendissimo in Christo patri et domino, domino Gre-

[1]) Oleńczyce porównaj dokument nr. XCIV, str. 168, adnotacya nr. 1.

gorio, dei gracia Archiepiscopo, et sue Ecclesie leopoliensi condescendit et condescendens rite ac racionabiliter Iusto condescensionis titulo resignavit. Pro quibus quidem Centum triginta septem marcis ipse dominus Andreas a prefato domino Archiepiscopo solucionem totalem et effectualem recognovit se recepisse et realiter levasse. In quaquidem condescensione dicte ville Olenczycze Ipse dominus Andreas et sua posteritas Ipsum dominum Archiepiscopum et sue Reverendissime paternitatis Ecclesiam leopoliensem ab omni persona sexus utriusque iuxta consuetudinem terrestrem, prout ad aliquam personam prescripcio terrestris spectat et dinoscitur pertinere, protegere et tueri est obligatus et tenebitur, Nullo Iure ipsum dominum Archiepiscopum evadendo, Nec aliqua prescripcione, aut Colloquio generali, Nec eciam aliqua re excogitata sibi domino Andree in facto subsidiaria, que sibi prodesse Ipsique domino Archiepiscopo obesse videretur. Super que omnia prefatus dominus Archiepiscopus memoriale posuit, quod nos recepimus. In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum leopoli in terminis particularibus feria Sexta post festum Omnium sanctorum proxima *(3 Listopada)* Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto. Presentibus ibidem Generosis et Nobilibus dominis Nicolao Odrovasch (*sic*) de Sprowa dapifero leopoliensi, Iohanne de Odnow, Petro Odrowansch de Broszdowcze, Iohanne de Brancze, Vasszyly de Szvystelnyky, Sigismundo de Calyschany, Mychno de Borschow et alys ad premissa testibus fidedignis.

Oryginał na pergaminie w arch. arc. metr. lwowsk. obrz. łac. (Nr. XXXVII a), zawieszone były dwie pieczęcie, po których pozostały tylko paski pergaminowe.

## CXXIII.

**Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że bracia rodzeni Iwaszko i Olechno Balabanowie ze Stratyna sprzedali za siedemdziesiąt grzywien zwykłéj monety część wsi Poluchowa Grzegorzowi z Sanoka, arcybiskupowi lwowskiemu. 1475.**

Nos Petrus de Brancze Iudex et Iohannes de Vyssokye Subiudex Terrestres Leopolienses generales Significamus tenore presencium quibus expedit generaliter univer-

sis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, Quomodo venientes personaliter ad nostram et aliorum dominorum protunc nobiscum Iudicio terrestri residencium presenciam Nobiles Ivaschko et Olechno, fratres germani dicti Balabanovye de Strathyn, Non compulsi, non coacti, Neque aliquo errore devio seducti, Mente et corpore existentes sani ac amicorum suorum maturo freti consilio, coram nobis libere Recognoverunt, Quia totam ipsorum sortem in villa in districtu leopoliensi sita, Poluchow[1]) nuncupata, Quam sortem ipse Ivaschko aput *(sic)* Nobilem Prothassium de Sulathycze emerat, Cum omni Iure, dominio et proprietate, utilitatibus, Censibus, fructibus, Redditibus, agris, pratis, Campis, Silvis, Gays, mericis, Mellificys, virgultis, Quercetis, venacionibus, aucupacionibus, Rivis, Torrentibus, fluvys, aquis et earum decursibus, piscinis ipsarumque demissionibus, Molendinis et eorum emolimentis, Thabernis ac obvencionibus generaliter universis, quibuscunque nominibus vocabuloque vocittentur, Nichil Iuris, dominy et proprietatis pro se et suis successoribus in eadem sorte ville pretacte penitus reservando, Reverendissimo in Christo patri et domino, domino Gregorio dei gracia Archiepiscopo sueque Reverendissime paternitatis Ecclesie leopoliensi perpetue et in evum vendiderunt, et vendentes rite ac racionabiliter iusto vendicionis titulo pro Septuaginta marcis pecunie communis monete et numeri polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, temporibus perpetuis resignaverunt, Per ipsum dominum Archiepiscopum sueque Reverendissime paternitatis successores tenendum, habendum, dandum, donandum, vendendum, commuttandum, obligandum, alienandum, temporibusque perpetuis pacifice et quiete possidendum, Ac in usus suos suorumque successorum beneplacitos et voluntarios, prout sibi sueque Reverendissime paternitatis successoribus utilius, melius et conveniencius videbitur expedire, convertendum. In qua quidem vendicione et resignacione dicte sortis fati Ivaschko et Olechno Ipsum dominum Archiepiscopum et eius successores ab omni persona sexus utriusque, prout ad aliquam personam prescripcio terrestris spectat, protegere et tueri sunt obligati et tenebuntur. Eciam predicti Ivaschko et Olechno Recognoverunt, quia ipsis prefatus dominus Archiepiscopus satisfecit pro dictis Septuaginta marcis pro dicta ipsorum sorte in Poluchow per ipsum dominum Archiepiscopum aput *(sic)* ipsos Ivaschkonem et Olechno empta. Et ob hoc ipsi Ivaschko et Olechno cum suis successoribus pro eadem sorte in Poluchow perpetuum silencium habere debent. Super quo fatus dominus Archiepiscopus me-

[1]) Połuchów wieś w powiecie przemyślańskim.

moriale posuit, quod nos Recepimus. In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum in Terminis particularibus feria Sexta in crastino sancte Andree Apostoli *(1 Grudnia)* Leopoli celebratis Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto. Presentibus ibidem Generosis et Nobilibus dominis Iohanne Szvynka de Pomorzany vexillifero, Nicolao Odrowansch de Sprowa dapifero leopoliensibus, Iohanne de Odnow, Petro de Czebrow, Sigismundo de Calyschany, Petro Goldacz de Zalunyevye, Vasszyly de Szvystelnyky, Nyemyerza de Barschow et alys ad premissa testibus fidedignis.

Oryginał na pergaminie w arch. arc. metr. lwowsk. obrz. łac. (Nr. XXXVII). Zawieszone były na paskach pergaminowych dwie pieczęcie, z tych jedna oderwana, druga przedstawia na wosku wyciśnięty herb Jana z Wysokiego Odrowąż. Dokument ten był intabulowanym na dniu 9 Lutego 1784 r. in Libro Fundat. Tomo XVI, pag. 64 według notaty na odwrotnéj stronie pergaminu.

## CXXIV.

### Jan Buczacki, dziedzic Litwinowa, i Jan Skarbek ze Szarańczuk uposażają kościół w Litwinowie a pierwszy potwierdza zarazem zapisy ojca swego Jana Litwinowskiego, starosty trembowelskiego, temuż kościołowi uczynione. 1476.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam Rei Memoriam. Cuncta, que aguntur in tempore, ne talia labentur in tempore *(sic)* decursu Solent testium subsidio roborari, Proinde Nos Iohannes Heres de Lythphynow[1]) alias Buczaczky Confirmantes legaciones, que per Generosum dominum Iohannem Lythphynowsky olim Capitaneum Threbowliensem patrem nostrum pro Ecclesia Lythphinow sunt legata, Necnon Iohannes alias Skarbek de Scharanczuky[2]) Significamus tenore presencium quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris harum noticiam habituris, Quomodo ob remedium salutis nostre et nostrorum predecessorum ac etiam omnium nascentum et nascendorum nostrorum Zelo amoris desuper accensi, diem itaque Iudicy extremi operibus pyetatis deposcentes devenire et ut Ecclesia parrochialis in Lythphinow nostre collacionis in districtu Haliciensi dioccesique Leopoliensi In honorem anunciaccionis (*sic*) Beate Marie virginis fundata per nos et nostros predecessores et errecta,

[1]) Litwinów wieś w powiecie podhajeckim.
[2]) Szarańczuki wieś w powiecie brzeżańskim.

certis daretur stipendys, Quod Rectores huius Ecclesie pro tempore existentes nostri et nostrorum successorum suffulti presidys et Iesu Christi clemencia pro nostra ac omnium predecessorum necnon nascentum et nascendorum nostrorum universorumque Christicolarum salute eo libencius valeant exorare et ibidem cultum divinum sollicite et constanter peragere, Quare agnita constancia discreti Iohannis de Wyenyawa diocesis Gneznensis Ritte examinatum *(sic)* eiusdem Ecclesie in Lythphinow plebani et exoratoris nostri favorose ad eundem acclinati sibi et suis successoribus Ecclesie predicte Rectoribus dedimus laneum incipiendo ab opido Lythphinow eundo in villam vulgariter Szumlany. Item prata penes eundem láneum usque ad Silvam, que vocatur Stharylythphinow, prout ex antiquo fuerunt in suis metis et graniciebus limitata et distincta. Item ortum penes Cimteryum in platea incipiendo a loco Cimtery usque ad Brasorium alberti ita longe late, prout exantiquo est in suis metis. Super quo orto ipse plebanus et successores eius homines quatuor more theutunico Iure habet potestatem locare, qui homines nulli tenebuntur obediri nisi plebano et successoribus suis, et ab omnibus nostris proventibus, censibus, laboribus et a penis ad nos decentibus ipsos liberamus. Item decimam manipularem post predium nostrum in bonis nostris Lythphinow cuiuslibet grani damus, ascribimus. Item polendrum de equirea quolibet anno, quamdiu durabit, damus, Item tria vasa tinearum alias Baczky de tribus piscinis, dum harum fuerit emissio et hoc qualibet emissione, de piscina, que adiacet ville vulgariter Ruthnyky[1]), unum vas, de piscina, que adiacet opido Lythphinow, aliud vas, de piscina, que adiacet ville vulgariter Bozykow, tercium vas eviterne in perpetuum damus, Item in Opido nostro Lythphinow Incole nostri, qui possident agra (*sic*), quilibet post suam araturam unum quartale alias Czethfyarthnya Sigilinis *(sic)* et aliud quartale avene quolibet anno pro festo sancti Michaelis sibi plebano et suis posteris solvere tenebuntur et sint astricti. Item omnes, qui carent agra (*sic*), tam poloni quam Rutheni, ad quodlibet quartale quolibet anno per duos grosiculos, Inquilini per unum grosiculum tenebuntur respondere sibi plebano et suis posteris. Item in molendino nostro Lythphinow sibi plebano et suis posteris omnis grani et brasea sine mensura damus moliri. Item in piscinis nostris tribus sibi plebano et suis successoribus pisces cum barsa alias Szakyem, Rethe alias wlokyem libere damus, donamus prandere. Hec omnia superius descripta nos et nostri successores legittimi tenebuntur solvere, dare, extradere, respondere. Item nos Iohannes alias Szarbek (*sic*) de

---

[1]) **Rudniki, Bożyków i Mużyłów wsie w powiecie podhajeckim.**

Scharanczuky et nostri successores pro eadem Ecclesia in Lythphinow sibi plebano et suis posteris dedimus, damus unum vas alias Baczka tincarum de piscina, que adiacet Scharanczuky, qualibet emissione in perpetuum. Item pratum Incipiendo a sumitate Silve dicte Czyrmyn usque ad granicias *(sic)* limitatas vulgariter Muzylow damus, donamus, ascribimus. Item Robora ibidem in merica pro edificacione seu construccione damus, donamus. Excipimus hoc, quod Plebanus et sui posteri in eadem merica robora non debent vendere, donare, sed pro sua necessitate edificare. Item polendrum de Equirea nostra quolibet anno, quamdiu durabit, damus. Item omnes Christianos, quotquot sunt in Scharanczuky, ad eandem Ecclesiam Lythphinow ascribimus, qui Christiani sibi plebano et suis posteris tenebuntur decimare et sint astricti. Que omnia superius descripta et in presenti privilegio contenta Incorporamus et assignamus, dedimus presentibusque damus, donamus perpetue et in evum per ipsum plebanum antefatum huiusque Ecclesie Rectores pretacte habenda, tenenda, possidenda, pacifice et quiete tollenda, recipienda, perpetuis temporibus duraturum. Presentibus Magnifico et Generosis Iacobo de podhaycze Castellano Haliciensi alias Buczaczky, Iohanne Hormansky, Marco tenutario de Letatin, Mathia Moglynsky et alys quamplurimis fidedignis ad premissa. In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in Scharanczuky feria quinta ipso die Sancti Sigismundi Regis martiris *(2 Maja)* Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

Oryginał na pergaminie w arch. kons. metr. lwowsk. obrz. łac., pieczęcie oderwane. Dokument ten był drukowanym w Dod. do Gaz. Lwowsk. r. 1858, nr. 51 i 52.

## CXXV.

### Kazimierz Jagiellończyk darowuje OO. Dominikanom lwowskim cło w Kościejowie z obowiązkiem, żeby co tydzień w dzień sobotni czytali mszą za niego i familią królewską. 1476.

**In Nomine Domini Amen.** Ad perpetuam rei memoriam. Kazimirus dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Lancicie, Cuiavie, Magnus Dux Lituanie, Russie, Prussieque Culmensisque, Elbingensis, Michaloviensis et Pomeranie dominus et heres, Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris, Quomodo licet Regie celsitudinis solli-

citudo omnium teneatur intendere profectibus, peculiari tamen quodam debito fatetur se magis illis obligari, quos manus domini tetigit et in hoc mundi ab omnibus dextera expectat *(sic)* presidia fenius *(?)* munificencia refecti possent vaccare suis contemplacionibus et altissimi clemenciam pro nobis et nostris successoribus cum devocione iugiter exorare, quumque expedit nobis in seculo talia agere commercia, ut in futuro pro eis multiplicato fructu valeamus suscipere sempiterna, Proinde volentes diem extremi iudicy operibus pietatis prevenire et terrena commutare pro eternis Teloneum in villa Koszczieiow[1]) in terra Leopoliensi consistens a quolibet curru onerato ab omnibus mercatoribus per eandem proficiscentibus medium grossum monete currentis de unanimi consiliariorum nostrorum, lateri nostro tunc assidencium, consilio et ad Civium Leopoliensium petita, qui non sine gravi et notabili poncium et strate reparacione iter illic posse fieri retulerunt, erreximus et instituimus ac illud pro Ecclesia et Conventu corporis Christi fratrum predicatorum de Leopoli dedimus et contulimus, damus et conferimus incorporamusque temporibus perpetuis, tenore presencium mediante, per Conventuales predictos alias ipsorum seniores pro conservacione conventus plenarie percipiendum. Ita tamen quod racione donacionis nostre predicte fratres ipsi singulis diebus sabbatinis altissimum pro nostra Serenissimeque principis Domine Elizabeth dei gracia Regine Polonie etc. consortis prolisque nostrorum charissimorum sanitate et prosperitate et nostrorum successorum ac Regni nostri statu felici exoraturi unam missam de gloriosissima dei genitrice virgine Maria celebrare et peragere debent eruntqne perpetualiter astricti et obligati. Harum quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum in Belz feria secunda die undecem milium virginum *(21 Października)* anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto. Presentibus Magnificis, Strenuis, Venerabilibus et Generosis Dobeslao Kmita de Visznicze Lublinensi, Spitcone de Iaroslaw Russie generali et Stanislao de Strzelce Wantropka Belzensi Palatinis, Dobeslao de Bysshow Castellano Belzensi, Raphaelle *(sic)* de Iaroslaw Premisliensi etc. Capitaneo, Georgio Strimulo *(sic)* de Dmoszin Leopoliensi succamerario, Creslao de Kuroswanki Canonico Cracoviensi Supremo, Petro de Radlin Cancellario Poznaniensi Secretarys alysque quampluribus fidedignis testibus circa premissa. Datum per manus venerabilis Stanislai de Kurozwanki Canonici Cracoviensis, Regni Polonie vicecancellary, sincere nobis dilecti.

Stanislaus vicecancellarius manu propria sscr. — Relacio eiusdem venerabilis Stanislai de Kurozwanki Canonici Cracoviensis, Regni Polonie Vicecancellary

[1]) Kościejów wieś w powiecie lwowskim.

Dokument ten wraz z kilku innymi, poniżéj wymienionymi, był potwierdzony w r. 1546 przez króla Zygmunta. Potwierdzenie to brzmi jak następuje:

**In Nomine Domini Amen.** Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus dei gratia Rex Polonie, Supremus Dux Lituanie Necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Culmensis, Elbingensis, Pomeranie ac Russie, Prussie, Masovie etc. Dominus et Heres, Significamus Tenore presentium quorum interest universis presentibus et futuris, exhibita esse coram nobis privilegia pargamenea Serenissimorum olim Regum Polonie antecessorum nostrorum colendissimorum et quorundam subditorum necnon commissariorum per antecessores nostros deputatorum, per Venerabilem Ioannem a Cracovia Sacre Theologie cursorem ordinis predicatorum Conventus ecclesie corporis Christi in Civitate Leopoliensi priorem ac totius Russie viccarium, fundationem, dotationem, proventus Limitationemque Bonorum huius Monastery in Leopoli continentia, Sigillis salvis hec privilegia omni vicio suspicionis carentia eorundem Regum et subditorum obsignata, supplicavitque nobis prefatus venerabilis Ioannes prior huius Monastery suo et fratrum nomine, ut eadem privilegia approbare, confirmare et ratificare authoritate nostra Regia dignaremur. Quorum tenores ad verbum sunt isti.

Następują dokumenta: z r. 1408 umieszczony w niniejszym zbiorze pod Nr. XXXVI, z r. 1377 umieszczony pod Nr. VII, z r. 1392 umieszczony pod Nr. XXI, z r. 1378 wraz z potwierdzeniem z r. 1425 umieszczony pod Nr. VIII, z r. 1395 umieszczony pod Nr. XXII, z r. 1397 umieszczony pod Nr. XXIV, i z r. 1476 wydrukowany powyżéj. Potém brzmi potwierdzenie daléj:

Quas quidem litteras et privilegia hic inserta ut authentica et legittima Nos Rex praefatus Monasterio Ecclesiae corporis Christi religiosis fratribus Dominicanis in civitate Leopoliensi, quae olim prisco nomine Lamburga vocabatur, concessa, confirmanda, approbanda et ratificanda duximus ita ut confirmamus, approbamus et ratificamus hisce litteris, decernentes ea valida esse in omnibusque punctis, clausulis, articulis et conditionibus ipsorum robur debitae ac perpetuae firmitatis, quantum iuris est habitura fidem et testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Cracovie feria quarta postridie festi Sancti Mathei appostoli et Evangelistae (*22 Września*) anno domini Millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, Regni vero nostri anno quadragesimo. Presentibus Reverendis in Christo patribus dominis Samuele Cracoviensi et Regni nostri vicecancellario, Leonardo nominato et ellecto (*sic*) Camenecensi Episcopis, Necnon Magnificis, Venerabilibus et Generosis Spitcone a Tharnow Regni nostri Thezaurario, Siradiensi, Krzepicensi, Brzesznicensique Capitaneo et Castellano

Voynicensi, Petro de Oppalienicza Gneznensi, Serenissimi fily nostri Curie Magistro, Kostensi, Olsztinensi, Szczinensique Capitaneo, Nicolao Volski Sandomiriensi et Serenissimae coniugis nostrae Curiae Magistro, Lanczkorunensi, Sanocensi, Visnensi, Lomzensique Capitaneo, Severino Boner Bieczensi, Zuppario, Burgrabio et procuratore Cracoviensi, Bieczensi, Zathoriensi, Oszwiatzimensique Capitaneo Castellanis, Andrea Czarnkowski Praeposito Gneznensi et Scholastico, Ioanne Przerembski Canonico Cracoviensi, Martino Volski Tribuno et Burgrabio Cracoviensi et Cubiculi praefecto nostri, Zakrotsimensi Blonensique Capitaneo, Gregorio Pakoslawski Custode Sandecensi et Culinae nostrae praefecto et alys dignitarys officialibusque nostris syncere et fidelibus dilectis. Datum per manus praefati Reverendi in Christo patris domini Samuelis Episcopi Cracoviensis et Regni nostri Vicecancellary, syncere nobis dilecti.

Samuel Episcopus Cracoviensis et Vicecancellarius sscr.

Relacio Reverendi in Christo patris eiusdem domini Samuelis Matzieiowski Episcopi Cracoviensis et Regni nostri Vicecancellary.

Oryginał potwierdzenia powyższego na trzech bardzo wielkiego formatu kartach pergaminowych, u grzbietu złączonych grubym jedwabnym sznurem koloru karmazynowego, u którego zawieszona była pieczęć która zaginęła, przechowany jest w bibliotece OO. Dominikanów lwowskich.

## CXXVI.

**Kazimierz Jagiellończyk zapisuje Albertowi Borowskiemu, notaryuszowi królewskiemu, dwadzieścia grzywien zwykłéj monety na majętności królewskiéj Kozłowie, już poprzednio w zastaw temuż Borowskiemu oddanéj.**

**1478.**

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, Magnus dux Lithwanie, Russie, Prussieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis, Quomodo attentis multis et varys atque fidelibus servicys, que Nobis Nobilis Albertus Borowsky, Notarius Noster fidelis dilectus, constanter exhibuit et hactenus exhibet indefesse, horum intuitu volentes eum efficere consolatum, sibi in et super villa Nostra Kozlow[1]) tenute ipsius, in terra Haliciensi et districtu Trebowliensi sita, viginti marcas pecuniarum monete et numeri polonicalium damus et inscribimus per

[1]) Porównaj dokumenta nr. CXI, CXII, CXVI i CXIX.

presentes, per eum et suos successores Cum omnibus et singulis eiusdem censibus, utilitatibus, proventibus, agris, pratis, campis, piscinis, piscaturis, lacubus, molendinis et eorum emolimentis, singulis aliisque obvencionibus universis ad ipsam Kozlow ex antiquo pertinentibus, tenendum, habendum, pacifice et quiete possidendum, Tamdiu quousque per Nos aut successores Nostros prefate viginti marce sibi Borowsky aut suis successoribus fuerint integraliter persolute. Quibus exsolutis ipsa villa ad Nos et successores Nostros redibit pleno Iure, Stacionibus et alys Iuribus Nostris salvis permanentibus. Harum quibus Sigillum Nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum in Radom die Dominico ramis Palmarum *(15 Marca)* Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Octavo.

Stanislaus Vicecancellarius subscripsit. Relacio Venerabilis Stanislai de Kurozwanky Regni Polonie Vicecancellary.

Według kopii z początku wieku XVII w kopiariuszu arch. arcyb. metrop. lwowsk. obrz. łac. (str. 109). Umieszczamy ten dokument choć oryginał zaginął, dla tego że z kilku dokumentami poprzedzającymi a do Kozłowa i Alberta Borowskiego się odnoszącymi tworzy jedną całość.

## CXXVII.

### Spytek z Jarosławia, wojewoda sandomirski i starosta jeneralny ruski. wprowadza arcybiskupa lwowskiego w posiadanie dóbr Wycina. 1482.

Spithko de Iaroslaw palatinus Sandomiriensis et Capitaneus Terrarum Russie generalis Significamus tenore presentium quibus expedit universis tam presentibus quam futuris presentium noticiam habituris, Quomodo ex mandato speciali dominorum consiliariorum hic in presenti Convencione Leopoliensi existencium et ex officio nostri capitaneatus Re . . .[1]) mus et incorporavimus in possessionem in bona hereditaria Vyanczen[2]) Reverendissimum in Christo patrem dominum Iohannem dei gracia Archiepiscopum Leopoliensem iuxta munimentum et literas sui predecessoris olim domini Gregory Archiepiscopi Leopoliensis super dicta bona Vyanczen coram prefatis dominis Consiliarys in eadem Convencione per prefatum dominum Archiepiscopum exhibita, In presencia Generosi domini Andree de Syenno Succamerary Sandomiriensis et do-

[1]) Brakuje kilku liter.
[2]) *Vyanczen* dziś Wycin w powiecie złoczowskim. *A. P.*

mine Elizabeth Gologorska post mortem sui antecessoris Sede vacante dictorum bonorum Vyanczen occupatorum Et ne expost sepefati dominus Andreas et dicta Elizabeth Gologorska quovismodo per se vel submissas personas in dicta bona Intromittere audeant, vadium Mille Marcarum pecuniarum monete et nummeri polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, Interposuimus et vallavimus, ut prefatum dominum Archiepiscopum nullis violencys opprimere ac super habenda possessione vel cedenda inquietare et vexare minime audeant Se . . . . . .[1]) ordine Si contra eum aliquid iniuriam pretendare experientur, Quod si aliquam violenciam super cedenda aut repetenda possessione eidem domino Archiepiscopo . . . . . . .[2]) vadium prefatum Mille Marcarum prefato domino Archiepiscopo succumbeat, cuius vady . . . . . . .[3]) camere Regie cedere debet. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum et datum in Convencione feria secunda dominice Invocavit *(25 Lutego)* Leopoli celebrata Anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo. Presentibus ibidem Magnificis, Generosis et Nobilibus dominis Iohanne Odrowansz de Sprowa Palatino Russie generali, Raphaele de Iaroslaw Regni Polonie Marschalco et Capitaneo Sandomiriensi, Michaele de Buczacz Capitaneo Snyathinensi, Severino alias Zebrzyd de Bruchnal Vexilifero *(sic)*, Gunthero de Syenyawa Iudice, Iohanne de Vyssokie Subiudice Terrestribus, Nicolao Odrowasz de Sprowa Dapifero Leopoliensibus et alys quampluribus circa premissa testibus fidedignis.

Oryginał na małéj ćwiartce pergaminowéj w arch. kap metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. 10 nr. 12) bardzo niedbale pisany i od wilgoci zniszczony, tak że mimo wszelkich starań kilku słów odczytać nie było można. Na pasku pergaminowym wisi gałka woskowa z zatartym odciskiem pieczątki. Na odwrotnéj stronie pergaminu współczesny napis:

Vadium mille Marcarum Elizabeth Gologorska
1482.

## CXXVIII.

### Jan, arcybiskup lwowski, w porozumieniu z kapitułą nadaje wieczyste wójtostwo Jakóbowi Kozłowskiemu we wsi arcybiskupiéj Rzęsna zwanéj.
### 1484.

**In Nomine Domini. Amen.** Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humane nature comoda nil dignius memoria habeatur, Opportunum igitur existit, ut actus ho-

[1]) Kilka liter nieczytelnych.
[2]) Jeden wyraz nieczytelny.
[3]) Jeden wyraz nieczytelny.

minum literarum apicibus et testium annotacione perhennentur, ne lapsu temporum simul cum tempore evanescant. Proinde Nos Iohannes dei gracia Sancte Ecclesie Metropolitane Leopoliensis Archiepiscopus de consensu et voluntate Venerabilis tocius Capituli Ecclesie prefate nostre Leopoliensis, fratrum nostrorum dilectorum, Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, Quomodo attendentes villam nostram ac bona mense Archiepiscopalis Leopoliensis dictam Rzanszna[1]) repentinis subiacere ruinis ac in suis laneis et agris Kmethonibus desertari et in desertacionem perveniri, Volentesque de eisdem bonis condicionem facere meliorem Ac providentes, ne successu temporis in desertacionem eadem devenire contingat, maiorem Advocaciam sive Sculteciam diu et a longis temporibus desertam ereximus et revalidavimus, Erigimusque et revalidamus per presentes, Et eandem Provido ac Circumspecto Iacobo Koslowsky cum suis legittimis successoribus cum omni Iure, dominio et proprietate perpetue et in evum providimus, dedimus, donavimus et assignavimus, damusque, largimur, donamus et assignamus per presentes, Dantes eidem et assignantes suis cum successoribus ac deputantes pro sua et suorum successorum fulcione ac utilitate unum laneum agri, sed in quo aly lanei in latitudine et longitudine in dicta villa Rzanszna se extendunt et progressum habent, Thabernam unam unacum duobus vel tribus Ortulanis in ibidem situare et locare pro ipsius Koslowsky Advocati successorumque suorum utilitate ac usufructu, unum pratum ita latum et longum se in suis limitibus extendens, prout et aly advocati ibidem existentes tenebant eundem et possidebant ac eodem utifruebantur et ponebantur, perpetue et in evum. Damus Insuper, committimus et (*concedimus dicto*) Iacobo Koslowsky et suis successoribus omnimodam facultatem et plenariam potestatem homines, Kmethones et Incolas status, sexus et condicionis cuiuscunque in Iure Theutunico locandi. Qui potens erit et sui successores homines, Incolas et Kmethones in dicta villa Rzanszna et eiusdem agris, campis, pratis, pascuis et alys utilitatibus locare hoc modo et tali condicione, prout aly Incole, nunc in eadem degentes, extant locati. Quibus hominibus et Incolis, sic per eum locatis, per spacium trium annorum concedimus et damus libertatem, Quod ipsi Incole, per eum locati vel locandi, suas domos et edificia pro eis competencia de nostris Silvis, Gays et eidem ville adiacentibus edificare et construere, ac robora pro edificys eorum et ligna pro necessitate, sed in consvetudinem aliorum hominum et Incolarum in ibi

[1]) *Rzanszna* wieś Rzęsna w powiecie lwowskim. *A. P.*

existencium, habebunt facultatem ac libertatem. Libertate vero hominum huiusmodi et Incolarum, per ipsum iacobum Koslowsky Advocatum vel suos successores locatorum vel locandorum, expirata, prefati homines et Incole, per eum et suos successores locati vel imposterum locandi, post expiracionem libertatis prefate pro nostra et nostrorum successorum mensa Archiepiscopatus Leopoliensis singulis annis de uno et quolibet laneo per mediam sexagenam pecunie, communis monete et numeri polonici, et alias iuxta consuetudinem, in eadem villa diu tentam et observatam, solvere debebunt et tenebuntur. Cuiquidem Iacobo Koslowsky Advocato suis cum posteris donamus, damus, adycimus et adiungimus de Hominibus, Incolis et censitis prefatis, per eum sic locatis vel suos posteros locandis, de censu nobis et mense nostre Archiepiscopatus Leopoliensis provenienti Sextum denarium, videlicet pro mensa Archiepiscopali quinque et Advocato sextum, ac terciam penam de eisdem incolis emergentem, etiam pro mensa Archiepiscopali duas penas et prefato Advocato terciam pariter cum suis posteris. Quos etiam Incolas et Kmethones predictus Advocatus et sui posteri iuxta eorum demerita et excessus ad se advocandi et cum consensu, scitu et voluntate procuratoris dicti pro tempore existentis puniendi, penandi, condemnandi et sentenciandi de vigore et strepitu Iuris, in quo quisque hominum et Kmethonum per eum et suos successores locatus sive locandus extiterit, facultatem habebit et potestatem seu sui posteri habebunt perpetue et in evum. Si vero Nos aut quicunque successor noster pro tempore existens Archiepiscopus Leopoliensis Ipsum Iacobum Koslowsky Advocatum aut suos posteros et successores ex eadem Scultecia sive Advocacia eximere voluerimus sive successores nostri voluerint, Extunc eidem Advocato vel suis successoribus Viginti quatuor marcas pecunie, communis monete et numeri polonici in Regno currentis, pro eadem Advocacia sive Scultecia solvere et reponere tenebuntur et successores nostri debebunt et tenebuntur. Solutis autem et datis sibi et suis posteris predictis Viginti quatuor marcis pecunie ac per eosdem receptis et levatis, Ipse Advocatus aut sui successores dictam Advocaciam sive Sculteciam in Rzanszna pro Ecclesia et Archiepiscopatu Leopoliensi resignare et de eadem cedere debebit aut sui successores debebunt et tenebuntur. Harum quibus Sigilla nostrum et Capituli nostri Leopoliensis subappensa sunt testimonio literarum. Acta sunt hec Leopoli die dominico ipso die Conversionis sancti Pauli Apostoli *(25. Stycznia)* Anno incarnacionis dominice Millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto. Presentibus ibidem Honorabilibus et Discretis ac Nobilibus Iohanne de Czessky, Alberto de Ho-

dowicze plebanis, Clemente Baccalario et Altarista Ecclesie Leopoliensis, Iohanne de Buczmiow et Iohanne Parzmiowsky Notario publico, testibus circa premissa.

Oryginał na pergaminie w arch. arc. metr. lwowsk. obrz. łac. (nr. XXXIX) w paru miejscach uszkodzony i z trudnością czytelny. Zawieszone na sznurach jedwabnych dwie pieczęcie: pierwsza na sznurach koloru amarantowego i białego arcybiskupia z umysłu uszkodzona, nalał bowiem ktoś wosk roztopiony na nią i zniszczył przez to większą część odcisku, druga na sznurach amarantowych i czarnych kapitulna z odciskiem bardzo zatartym i niewyraźnym. Na odwrotnéj stronie pergaminu, między innymi późniejszymi, napis współczesny:
Litera super advocaciam in Rzeszna 1484.

## CXXIX.

**Gunter z Sieniawy sędzia i Jan z Wysokiego podsędek lwowscy ziemscy poświadczają, że Elżbieta Gologórska zastawiła w r. 1473 wieś swą Wycin arcybiskupowi lwowskiemu Grzegorzowi za dług wynoszący 600 grzywien.**
**1486.**

Nos Guntherus de Syenyawa Iudex Necnon Iohannes de Vyssokye Subiudex terrestres leopolienses generales, Significamus tenore presencium quibus expedit generaliter universis presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, Quomodo olim Generoso Petro de Brancze Iudice Terrestri Leopoliensi, adhuc in humanis agente et existente, extunc ad illius et mei Iohannis, iam fati Subiudicis ac aliorum dominorum, protunc Iudicum terrestrium leopoliensium, feria sexta post festum sancti Martini proxima Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio celebrato, residencium presenciam veniens personaliter Generosa domina Elizabeth heres de Gologori, non compulsa, non coacta neque aliquo errore devio seducta, coram Iudicio terrestri libere recognovit, se teneri certi ac veri debiti Sexingentas marcas pecunie comunis monete et numeri polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, Reverendissimo in Christo patri et domino, domino Gregorio dei gracia Archiepiscopo leopoliensi. In quibus quidem Sexingentis Marcis, pecunie et numeri pretactorum, fata domina Elizabeth sibi domino Archiepiscopo et sue Reverendissime Paternitatis successoribus villam suam hereditariam, in districtu leopoliensi situatam, Vyanczen[1]) nuncupatam cum omni Iure, dominio et proprietate,

---

[1]) *Vyanczen* dziś Wycin w powiecie złoczowskim. Porównaj dokument nr. CXXVII.

utilitatibus, censibus, fructibus, proventibus, agris, pratis, campis, silvis, mericis, gays, virgultis, quercetis, rubetis, venacionibus, aucupacionibus, rivis, lacubus, stagnis, paludibus, aquis et earum decursibus, piscinis et ipsarum demissionibus, molendinis et eorum emolimentis, tabernis, penis, kmethonibus, laboribus ac obvencionibus generaliter universis, ad dictam villam quomodolibet spectantibus, prout ipsa villa suis cunct s limitibus et graniciebus longe, late et circumferencialiter est limitata ex antiquoque tenta et distincta, necnon cum omnibus appendys et coherencys ad dictam villam eciam quomodolibet adiacentibus a data presencium usque ad festum Nativitatis domini immediate sequens et a festo Nativitatis domini ad aliud et sic ab anno ad annum usque ad plenariam solucionem dictarum Sexagintarum (*sic*) marcarum tenere obligavit. Et iam eidem domino Arcbiepiscopo Intromissionem totalem dedit. In qua quidem possessione et obligacione dicte ville fata domina Gologorska et sua posteritas ipsum dominum Archiepiscopum ab omni persona sexus utriusque protegere et tueri est obligata. Si autem non protegerit et ob hoc ipse dominus Archiepiscopus dampnum aliquod haberet, illud dampnum non ipsius, sed fate domine Elizabeth fieri debet. Dum autem pro premissis ipsa domina Elizabeth aut sua posteritas per ipsum dominum Archiepiscopum in Ius Terrestre leopoliense citaretur, extunc in proximo termino parere et totam suam causam perdere debet, Non evadendo ipsum dominum Archiepiscopum vel illum cui sua Reverendissima paternitas resignaverit eadem bona Vyanczen pro his ullo Iure nec litteris Regalibus expedicioni, prescripcioni, colloquio generali vera aut simplici infirmitate, novis aut veteribus constitucionibus seu laudis terre, nec se excipiendo ad districtus alios pro maiori neque aliqua re excogitata sibi in facto subsidiaria et quicquid sibi in subsidium reciperet, eo toto causam suam perdet et ammittet et iam in eodem primo termino fatus dominus Archiepiscopus aut ille, qui bona predicta possideret, ipsam dominam Elizabeth aut eius successores in toto suo lucro et dampno condempnare potens erit, tanquam in termino peremptorio, hoc adiuncto, quod si dominus Archiepiscopus iussu Regio necesse erit bellicam expedicionem de ipsa villa intercedere, hoc dampnum debet fieri ipsius domini Archiepiscopi; ad que omnia ipse dominus Archiepiscopus memoriale posuit, quod Iudicium recepit. In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli feria sexta ante dominicam letare proxima (*3 Marca*) Anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto, Presentibus Generosis et Nobilibus dominis Iohanne Cosczeleczsky Castellano et Capitaneo dobrzynensi, Severino de Felstyn vexilifero, Paulo de Olesko Succamerario, Petro de Spiclossi Sub-

pincerna, Stanislao Maldczyk Tribuno et Vicecapitaneo, Petro Golambek de Zimnawoda Iudice Castrensibus, Andrea de Swyrsz Gladifero leopoliensibus, Iaçobo de Rudancze Tribuno haliciensi, Iohanne Sandzycz de Syenyawa et aliis quampluribus circa premissa testibus fidedignis.

Dokument oryginalny na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. II, nr. 2) dobrze zachowany. Zawieszone były dwie pieczęcie, z których druga zaginęła, pierwsza znacznie uszkodzona przedstawia odcisk herbu Leliwa.

## CXXX.

**Jakób z Buczacza, wojewoda i starosta podolski, i Stanisław Skarbek dziedzic Szarańczuk potwierdzają i pomnażają uposażenie kościoła parafialnego w Podhajcach nadane kościołowi temuż w r. 1463 przez tegoż Jakóba z Buczacza i Jana Skarbka z Szarańczuk.**

**1490.**

**In nomine domini Amen.** Ad Perpetuam Rei Memoriam. Quoniam Ea que in humanis Actibus geruntur simul cum tempore Pretereunt, Si Annotacione scripturarum et Testium non fuerint firmata, Expedit igitur, ut perpetuitatis Signaculis certis et testium culmine roborentur. Nos igitur Iacobus de Buczacz Palatinus et Capitaneus Terre Podolie Generalis Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris horum Noticiam habituris, Quomodo animadvertens fundacionem Eclesie *(sic)* Parochialis Opidi nostri Podchayczensis[1]) per Magnificum olim dominum Michaelem de eadem Buczacz Palatinum Podolie et Capitaneum Premisliensem, Genitorem nostrum carissimum, In honorem dei omnipotentis et Sanctissime virginis Marie necnon in honorem Sancti Nicolai Sanctarumque Katherine et Barbare ordinatam, fundatam et donatam, Cuius fundacionis et donacionis privilegium infra distribulaciones et disturbia Thartarica per antecessores fate Ecclesie Rectoris ammissum est, cupientes eandem donacionem renovare et augumentare (*sic*) pro nostrorum antecessorum necnon anime nostre salute, taliter eandem Ecclesiam denuo fundaveramus et donaveramus Rectorem Ecclesie et Successores ipsius perpetue et inevum et presentibus donamus, fundamus perpetue et inevum. Cuius prioris nostre fundacionis

[1]) Podhajce, dziś miasteczko powiatowe. W tymże powiecie leżą wsie Zahajce, Telacze, Litwinów, Białokiernica. Mużyłów wieś w powiecie przemyślańskim; *Lethatin* dziś Litiatyn w powiecie brzeżańskim. *A. P.*

sequitur tenor a verbo ad verbum et est talis. In nomine domini amen. Quoniam ea, que in humanis gestis geruntur, simul cum tempore pretereunt, Si durabilitate scripturarum et annotacione testium non fuerint firmata,- Expedit igitur, ut perpetuita(*tis sig*)naculis certis et testium culmine roborentur. Nos igitur Iacobus de buczacz, heres in Podhaycze, cupiens pietatis operibus diem extremi Iudicy prevenire ac terrena in celestia et transitoria in eterna felici comercio commutare pro salute predecessorum nostrorum . . . . .[1]) et nostra Universis et singulis presentibus et futuris ad noticiam devenire cupientes, tenore presencium Significamus, Quia Ecclesiam parrochialem in Opido nostro podhaycze hereditatis nostre ad laudem dei omnipotentis et beate Virginis Marie necnon in honorem Sancti (*Nico*)lai, Sancte Katherine et Sancte Barbare ordinavimus et fundavimus presentibusque fundamus et ordinamus hoc videlicet modo. Primo decimam de allodio nostro in podhaycze de quolibet frumento manipularem Ecclesie eidem ascribimus. Item de qualibet Emissione pisc(*inc cui*)uslibet ad podhaycze spectantis unum vas piscium Tincarum[2]). Item Idem Rector predicte, qui pro tempore fuerit, debebit et potens erit locare Septem kmethones penes Zachaycze, sicut prius fuerunt. Item Idem Rector habebit de civitate nostra de quolibet Cive, qui integrum laneum (. . . .[3]] *ve*)l tenet medium truncum Sigilinis (*sic*) et medium truncum avene, de medio vero laneo unum quartale avene et aliud Sigilinis (*sic*) et sic de alys. Item libere sibi fiat piscari in piscina civili trago alias wlokyem et bersa alias Schakyem, quam remote in eadem piscina poterit . . . . .[4]) et ambulare. Item nulla mensura ab ipsius frumentis molendis cuiuscunque grani fuerint nec a braseo in molendino nostro debet recipi. Item Quolibet anno unum poledrum alias lonsczaka de Equirea nostra quamdiu durabit idem Rector a nobis habebit. Item q(*ui t*)enent laneos in predicta nostra Civitate, isti Quatuor tempora Plebano eiusdem Ecclesie solvere tenebuntur. Tumecciam (*sic*) pro ministro Ecclesie omnis (*sic*) Incole Clericaturam pro quolibet quartali hospites per medium grossum, Inquilini vero per quinque aut per quatuor denarios sol(*vere ten*)ebuntur. Item ad eandem Ecclesiam pratum, quod prius spectabat, tenore presencium ascribimus. Item duos laneos unum retro Ecclesiam, alium retro Zachaycze Rectori eiusdem Ecclesie pro tempore existenti assignamus et donamus.

---

[1]) Kilka liter wydartych, może *anime*.

[2]) Łacińska nazwa ryby *tinca* u Auzoniusza zdaje się to samo oznaczać, co niemieckie *der Stint*, *Stinz*, skąd polskie Stynka, *salmo eperlanus*, gatunek ryby drobnéj, śrebrzystéj, należącéj do skrzelowatych, brzuchopletwych, łososiowatych. *A. P.*

[3]) Kilka liter wydartych, może *habet vel*.

[4]) Kilka liter wydartych.

Item piscinam in Byalo krinycze prefate Ecclesie ascribimus, ad omnia premissa, sic per nos donata ascripta, Successores nostros legittimos observare obligamus, ad quam ecciam Ecclesiam per prefatum dominum Iacobum Buczaczky fundatam Ego Iohannes Skarbek de Scharanczuky decimam manipularem post aratrum meum in Scharanczuky de quolibet frumento eviterne et inperpetuum per me Successoresque meos legittimos fore dandum et redendum presentibus inscribo, Sigillo meo appenso confirmo. Racione huius quia Generosus dominus Iacobus de Buczacz sepefatus collator et dotator principalis predicte Eclesie in Podhaycze in Collatorem eiusdem me adiunxit sue fundacionis solum ad tempora vite mee, Post tempora autem vite mee dicta fundacio minime frustrabitur nec ad meos successores debet devolvi, Nichilominus utique Successores mei legittimi decimam, ut premissum est, Rectori dicte Ecclesie in Podhaycze dare tenebuntur. Igitur ne huius nostri testamenti confirmacio et dotacio per corrosionem aliquorum violaretur, presentem paginam nostro Sigillo publice appenso in robur firmitatis fecimus solidari. Actum et datum in Podaycze *(sic)* feria quarta ipso die Sancti andree appostoli (*sic*) *[30 Listopada]* anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio. Presentibus Magnifico, Generosis ac Nobilibus dominis Michaele de Buczacz Capitaneo Podoliensi, Conrado de Wratislavia Tribuno Haliciensi, Iohanne Zarvalowsky, Petro Milkowsky, Mathia Zoladz, Iohanne Slupsky et alys quampluribus testibus circa premissa fide et honore dignis.

Nos itaque videntes in ea genitoris nostri atque nostra fundacione minime posse Rectorem eiusdem Ecclesie contentari, cupientes laudem dei omnipotentis in eadem maiorem augmentare Ecclesiam novam in novo Opido edificavimus in honorem Sancte Crucis necnon beatissime virginis Marie et Sancti Iacobi appostoli Maioris tanquam Patroni Sanctorumque Georgy et Cristophori, Barbare, Katherine sanctarum virginum ac anne Electe pro nostrorum antecessorum nostraque salute, considerantesque, quod aree fate in Zachaycze per genitorem fatum nostrum in prima fundacione modicum aut fere nullum propter distribulaciones paganorum atque expediciones Bellicas fato Rectori ac Ecclesie fate afferebant profectum Racione fatarum arearum sibi Rectori eiusdem Ecclesie fate Podhaycensis et eius Successoribus duodecim areas integras in Opido Podhaycze quoque possessionatas et septem aduc (*sic*) per eundem Rectorem Ecclesie locandas in platea dextera tendendo ab ecclesia podayczensi *(sic)* in Muzylow sitas in latitudine et longitudine mensuraque, ut alie domus fati Opidi Iuris theutonici dimensurati sunt, cum omni Iure et potestate donavimus et dedimus, contulimus, et presentibusque damus, conferimus et donamus perpetue et in evum

per ipsum dominum Rectorem fate Ecclesie et eius Successores tenendas, habendas, possidendas pacifice et quiete perpetue et in evum, non excipiendo . . . . . . .[1]) Iure Theutonico, quo Opidum nostrum podhaicense gaudet, Quos homines tales ut et Opidanos nostros advocatus eiusdem Opidi plenam habebit *(potestatem)* iudicandi, plectendi penasque super advoc*(atum et)* consules spectantes recipiendi et exigendi. Si ta*(men* . . . . . .[2]) homines fati Rectoris criminalem excessum aliquem perpetraverint, ita quod Collo puniri merentur, extunc nos talem castigacionem super reservavimus (*et per presentes*) reservamus propter hoc quia man . . . . . . . . . .[3]) est corrigere non potest . . . . . . .[4]) accepto Si penam quamvis . . . . .[5]) aliquis fatorum hominum fati Rectoris luerit, Extunc non nobis sed eidem Rectori aut Successòribus eius solvere tenebit et erit obligatus . . . . . . .[6]) ecciam fati homines super laborem et reformaciones .Castri, Molendini, aggerum et super Custodias piscinarum, dum et quando impetus Aque in eisdem invalesceret pariter cum Opidanis ambulare et laborare, quos duntaxat ab expedicione bellica excipimus, eliberavimus et presentibus excipimus et eliberamus perpetue et in evum. Quibus hominibus Culturam et utifruicionem agrorum et pratorum in Zachaycze, qui homines per genitorem fatum nostrum dati colebant, arabant falcastrabant admisimus et presentibus admittimus usque ad mansuracionem laneorum, Quos dum exmansurabantur, extunc illis tres laneos agri dare et conferre debemus et obligamus, in quibus debebunt stare contenti. Quibus omnimodam libertatem, qua fatum Opidum nostrum gaudet, dedimus presentibusque damus perpetue et inevum. Racione cuius utilitatis fati homines tenebuntur et erunt obligati fato domino Rectori Eiusdem Ecclesie singulis annis quindecim grossos Census, medium truncum Avene, tricorum alias Czvyerthna tritici, quatuor gallos, viginti ova solvere et cum laneos emensurabimus, Extunc ad talem daciam seu censum obligabuntur, qualem Opidani nostri eiusdem Opidi solvunt, racione cuius utilitatis fatus Rector presbiterum quolibet anno servare tenebitur, damus ecciam eidem Rectori Ecclesie et eius Successoribus et presentibus dedimus pratum circa Thelacze, ex antiquo ad Curiam spectans, ita late et longe, prout se extendit et quod pro curia nostra et tenutariorum presenciorum (*sic*) falcastrabatur, perpe-

---

[1]) Jeden lub dwa wyrazy wydarte.
[2]) Jeden wyraz wydarty.
[3]) Wydarte dwa lub trzy wyrazy.
[4]) Jeden wyraz nieczytelny.
[5]) Jeden wyraz wydarty.
[6]) Jeden lub dwa wyrazy wydarte.

tue et inevum. Atque ecciam eidem dedimus et damus aliud pratum circa antiquum Opidum inter viam et piscinam, incipiendo ab inde ubi via proprius apropinquatur piscine usque ad locum, ubi aqua super Rotam Molendini cadens intrat fluvium. Qui Rector potens erit locare Sareptam super laneo suo et omnimodam potestatem. Admissimus (*sic*) ecciam et presentibus admittimus eidem Rectori et eius Successoribus piscari pisces trago et bersa in duabus piscinis videlicet in una, que vocatur Civilis et alia iacente inter Castrum et Opidum, dum et quando illas non demitteremus, atque ecciam eidem admissimus *(sic)* piscinam sippare in Rivulo tendente a Muzylow ad Podhaycze ibi, ubi diu agger per nostros Successores *(sic)* sippari est inceptus. Cuius piscine utifruicionem eidem Plebano et eius Successoribus perpetue dedimus damusque per presentes. Eciam cum Opidani nostri agros nostros propter deveteracionem suorum de decima coluerint, Nos fato domino Rectori pro predio ipsius absque solucione quavis decime, Agrum dare obligamus et obligamur, et eo temporis habebit pratum iacens inter Lasky et viam tendentem in Lythvynow, quod olim Genitor noster eidem Rectori donaverat. Quod dum in fatis campis non seminatur per Equiream concalcatur, Racione cuius Prati sibi Rectori aliud, ut supra, dedimus et contulimus. Obligamur ecciam eidem Rectori et eius Successoribus de omnibus piscinis nostris ad Pohhaycze spectantibus, dum et quando illas demitteremus, videlicet de N . .[1])oszolky, de alia que vocatur Civilis, de tercia, que iacet inter Curiam et Opidum, de quarta, que iacet post Curiam et alys omnibus ex antiquo ad Podaycze (*sic*) spectantibus, singulariter de qualibet piscina unum vas Tincarum extradere et dare perpetue et inevum tociens quociens *(demi)*tterentur. Damus ecciam eidem et perpetue donamus domum cum braxatorio et brasatorio per Generosam Katherinam virginem, Germanam nostram, pro quo (*sic*) conservacione Sacerdotis cum consensu nostro constructam in spacio lyasko, quam olim idem yasko tenebat perpetue . . . . . . . .[2]), de qua domo anteea nos proventum habuimus, de cuius domus proventu eadem fata virgo nunc Sacerdotem circa eandem Ecclesiam servare et solariare tenebitur, duntaxat ad tempora vite sue, post autem tempora vite iam Rector Ecclesie habebit totalem introm*(issionem)* ad fatam domum, Racione cuius utilitatis Rector eiusdem tenebitur unum Presbiterum quolibet anno pro augumentacione *(sic)* cultus divini servare Mercamque (*sic*) singulis annis pro edificacione et reformacione eius-

---

[1]) Wydarte jedna lub dwie litery.
[2]) Brakuje kilku liter.

dem domus in Carbanam reponere, quam fundac*(ionem* . . . . . .[1])onem et dotacionem per nos sic factam una et eadem priorem hic insertam Ratificamus, confirmamus, Roboramus perpetue et inevum per nos et Successores nostros legittimos tenendum, servandum in omnibus ipsius libertatibus et donacionibns pacifice et quie(*te* . . . . .[1])andum. Ego Stanislaus Skarbek heres de Scharanczuky[2]) Recognosco tenore presenciam quibus expedit universis presentibus et futuris horum noticiam habituris, quia visa augumentacione eiusdem Ecclesie per Magnificum fatum dominum Palatinum atque . . . . . .[1])ndo hunc respectum, quod prefatus dominus Palatinus me sibi in minus principalem Colatorem ad tempora vite mee duntaxat adiunxit, volens eciam fate Ecclesie pro meorum antecessorum meaque salute iuvamen aliquod prebere, confirmatis presentibus donac(*ionibus G*)enitoris nostri olim Generosi Iohannis de ibidem presentibus inscriptam sibi Rectori fate Ecclesie, ad que (*sic*) eius Successoribus medietatem Prati Curie nostre dicte Schuleva[3]) iacentis ex hac parte Kuvli usque ad Granicies ville lethatin do et confero presentibus perpetue et in(*evum*) per ipsum Rectorem et eius Successores tenendum, habendum, utifruendum et possidendum pacifice et quiete, ad que eidem Rectori eiusdem Ecclesie et eius Successoribus presentibus do et conferro (*sic*) in Mericis meis omnibus pro edificacione Ecclesie eiusdem et Curie Pleb(*ani*) liberam scissionem roborum perpetue et inevum. Et in maius testimonium Sigillum meum est presentibus sub appensum. Nos tandem Iacobus prefatus de Buczacz Recognoscimus presentibus, quia Generosum Stanislaum Skarbek in Collatorem minus principalem nobis assumsimus, duntaxat ad tempora vite ipsius. In Quorum omnium et singulorum testimonium Sigillum nostrum presentibus est sub appensum. Actum et datum in Podhaycze In die Penthecosten (*30 Maja*) Anno domini Millesimo CCCC Nonagesimo, Presentibus Generosis et Nobilibus dominis Iohanne Seniori, Iohanne Mediocri et Iacobo fratribus Germanis de eadem Podhaycze, Natis eiusdem Palatini, Iohanne, Michaele, Stanislao de Zavalow fratribus germanis, Nicolao de Swykow, Stanislao de Szyrcow, Andrea Wolczek, Martino Labysky de Labyszyn et alys Multis circa Premissa existentibus fide dignis et honore.

Na zagiętce pergaminu po lewéj stronie współczesną ręką napisano:

In nomine domini amen. Nos Stanislaus de Trzebochow Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Iohannis dei gracia Ecclesie Metropolitane Leo-

[1]) Brakuje kilku liter.
[2]) Szarańczuki wieś w powiecie brzeżańskim.
[3]) Sulewy w pobliżu Szarańczuk.

poliensis Archiepiscopi Canonicus Vicariusque in Spiritualibus et Officialis generalis Reviso et perlecto huiusmodi privilegio suprascripto omnia pro Ecclesia in Podhayeze donata, ascripta et in eo contenta ac per patronos inscriptos commissa, Instante apud nos Honorabili domino Leonardo in eadem Podhayeze plebano et petente huiusmodi donacionem et fundacionem in privilegio contentas ratificari et confirmari, Que omnia et singula Nos permoti eiusdem domini Leonardi plebani peticionibus, utpote iustas et racioni consonas, confirmamus et ratificamus et robur perpetue firmitatis obtinere et habere decernimus Nostrique Sigilli appensione iussimus et fecimus communiri. Datum Leopoli die mercury IX. mensis Marcy Anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo primo. Presentibus ibidem Venerabilibus et Honorabilibus dominis Nicolao Cameneez magistro, Iohanne, Kiliano Ecclesie Leopoliensis Canonicis, Andrea Bochnya, Michaele Vicaryo testibus.

Oryginał na arkuszu pergaminowym największego formatu w arch. kons. metr. lwowsk. obrz. łac., pisany bardzo starannie, lecz w pięciu miejscach dość znacznie uszkodzony. Luki częścią wypełnić było można przez własną kombinacyę, częścią zostawić je było trzeba niewypełnione. Wypełnione miejsca jak zwykle drukowano *kursywą*. Na sznurach jedwabnych koloru amarantowego zawieszone dwie gałki woskowe, z których pierwsza, Buczackiego, z zatartym odciskiem, druga, Skarbka, z odciskiem herbu Habdank. Na sznurze z jedwabiu kręconego koloru zielonego i amarantowego zawieszona była pod napisem z roku 1491 powyżéj także umieszczonym pieczęć oficyała arcybiskupiego, która zaginęła, pozostały po niéj tylko sznury.

## CXXXI.

### Piotr Myszkowski z Mirowa, wojewoda bełzki i starosta jeneralny ruski, poświadcza sprzedaż młyna we Lwowie przed bramą halicką położonego.
### 1500.

Nos Petrus Miskowsky de Mirow Palatinus Belzensis et Capitaneus Terrarum Russie generalis Significamus tenore presencium quibus ex pedit *(sic)* universis et singulis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, quomodo stans personaliter coram Iure nostro Castrensi in Castro minori Leopoliensi providus Iacobus dictus Zawysza cum Katherina sorore sua germana, frater cum sorore germana, providi olim Martini Vaszni molendinatoris hereditary in molendino ante valwam Haliciensem civitatis Leopoliensis siti (*sic*), et Anna consors prefati Vaszni legittima, non compulsi nec coacti omnes in solidum nec aliquo errore devio seducti, sani mente et corpore existentes, de amicorum suorum salubri et maturo freti consilio, coram eodem Iure publice ac spontanee recognoverunt, quia hereditatem suam videlicet molendinum, quod ipsis successit proprietatis seu natali ac de volucionis *(sic)* post

providum olim Martinum Vaszni prefatum fratrem eiusdem Iacobi et Katherine germanum, Anne vero maritum legittimum tanquam post manum mortuam pro tricentis marcis pecunie communis, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, famoso Martino dicto Tlusty et consorti eiusdem Martini Margarethe perpetue ipsis insolidis et in evum vendiderunt et resignaverunt ac intromissionem realem et effectualem per ministerialem terestrem *(sic)* Leopoliensem dictum Iohannem Zyelonka dederunt et admiserunt cum eiusdem molendini Iure, censibus, fructibus, proventibus, redditibusque quibusvis cum orto et pratis omnibus ac eciam cum universis eiusdem molendini spectancys et pertinencys, quomodocunque ex antiquo ad eundem molendinum spectantibus et pertinentibus, nichil ibidem pro se et suis successoribus legittimis reservando, sed cum totali et plenario Iure, prout prefatus Martinus Vaszni eundem molendinum tenuit, habuit et possedit per eosdem Martinum Tlusty et consortem ipsius Margaretham ipsorumque successores legittimos tenendum, habendum, utifruendum, vendendum, obligandum, donandum, dandum, commutandum proque suo usu ac beneplacito, prout ipsis Martino Tlusty ac Margarethe ipsus uxori melius et utilius ac ipsorum successoribus legittimis videbitur expedire convertendum. Superque summam tricentarum marcarum prefati Iacobus Zavysza cum Katherina sorore sua germana inicium alias Zadatku nonaginta marcas pecunie, monete et numeri polonici consueti ab ipsis Martino Tlusty et Margaretha ipius consorte receperunt realiter et cum effectu levaverunt coram Iure et ducentas decemque marcas residuas prefati Martinus Tlusty cum Margaretha consorte sua ipsis Iacobo Zavisza cum Katherina sorore sua a data presencium per decursum unius anni, hoc est ad aliud festum sancte Marie Magdalene immediate sequente quadraginta marcas solvere tenebuntur et sic ad quodlibet festum sancte Marie Magdalene per quadraginta marcas solvere tenebuntur usque ad plenariam exsolucionem et complecionem dictarum Tricentarum Marcarum, in qua quidem vendicione dicti molendini seu pro quo quidem molendino prefatus Iacobus Zavisza cum Katherina sorore sua prefatos Martinum Tlusty cum Margaretha consorte sua tenebuntur tuere et intercedere a qualibet persona et a quolibet impedimento cuiuslibet persone, secundum quod ad quam personam prescripcio spectat et pertinet iuxta modum molendinatorum. Hoc tamen superaddito, quod prefati Iacobus et Katherina soror ipsius circa solucionem annalem pecuniarum prefatarum superius expressam debebunt semper satisfactionem sumere, de qua eisdem satisfactio impendetur recognoscere coram Iure Castrensi, super quod dictus Martinus Tlusty memoriale posuit, quod Iudicium recepit. Et in huius rei fidem

et testimonium ac robur perpetue firmitatis Sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Castro minori leopoliensi feria quarta ipso die sancte Marie Magdalene *(22 Lipca)* Anno domini Milesimo (*sic*) quingentesimo, presentibus ibidem Magnificis, Generosis et Nobilibus Petro Myskowsky de Myrow Palatino Belzensi et Capitaneo Terarum (*sic*) Russie generali, Paulo Cola de Daleyow Castellano Haliciensi, Petro de Olesko, Petro de Zwarthow Tribuno Haliciensi, Iohanne dzyedoszyczky Vicecapitaneo pro tunc, Iacobo Hermanowsky Iudice Castrensi leopoliensibus et alys quam pluribus fide dignis testibus circa premisa (*sic*).

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. XIV nr. 1). Na pasku pergaminowym zawieszona gałka woskowa z odciskiem herbu Jastrzębiec.

## CXXXII.

**Alexander król nadaje Andrzejowi Róży, arcybiskupowi lwowskiemu, wieś Kozlów z przysiołkami pozostającą w zastawie u spadkobierców Alberta Borowskiego a zarazem pozwala mu wieś tę zamienić na miasto.**
**1502.**

**In nomine domini Amen.** Ad perpetuam rei memoriam. Decet regie amplitudinis munificenciam personis realibus militantibus liberalem esse, quod quidem licet comuniter factura est, tamen peculiariori quodam modo perinde ac debito personas Ecclesiasticas, que lucubracione iugi atque devota pro temporali felicitate Ipsaque corporis et anime salute principum ad deum optimum preces et officia divina intercedunt, Ipsarum quoque Ecclesias et temporalibus et perpetuis felicitatibus dotare remunerareque debeant, Quapropter Nos Alexander dei gracia Rex Polonie Necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyawye, Magnus dux Litwanie, Russie, Prussie ac Culmensis et Elbingensis, Pomeranieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris, harum noticiam habituris: Attendentes Reverendissimi in Christo patris domini Andree roza Archiepiscopi Leopoliensis ac Episcopi premisliensis et devocionem et consily prestanciam, quo de nobis et olim Genitore Nostro primumque de Republica Regni Nostri optime mereri consuevit se seque propterea comendatissimum Nobis reddidit, Tandem etiam perpendentes Ecclesiam suam Leopoliensem pingwibus carere Bonis et talibus,

qualibus Status Archiepiscopalis dignitatis Iure divino videtur exposcere, quandoquidem et ea Bona, que per pios olim antecessores Nostros aliasque personas catholicas sue predicte Leopoliensi Ecclesie collata fuere, nuper per Turcos et Tartaros hostes fidei Nostre sevissimos, depopulata conflagrataque esse, Idcirco Nos id, quod hac vice Archiepiscopus ipse ex Nobis postulavit, ad exaudicionis graciam misericorditer admittentes, villam Nostram dictam Coslow[1]) in terra haliciensi et districtu Trebowlensi sittam, cum omnibus eius attinencys, alias przyssolky, de certa sciencia et deliberacione Nostris Consilioque consiliariorum Nostrorum hic Nobiscum existencium, primum de manibus propinquorum successorumque Nobilis olim Alberti Borowsky, illius dum vivebat Tenutary, redimendam consensimus et presentibus consentimus. Tandem eam Ecclesie predicte, Mense quoque Archiepiscopali Leopoliensi dandam, donandam, inscribendam, Incorporandam et resignandam duximus, damusque, donamus, inscribimus, Incorporamus et resignamus, tenore presencium mediante, in perpetuum, per ipsum dominum Andream Roza Archiepiscopum modernum et alios pro tempore et in futurum existentes Leopolienses Archiepiscopos, Cum omnibus et singulis Advocatis, Scultetis, Kmethonibus, servis, Incolis, tabernatoribus, ortulanis, Inquilinis, domibus, Curys, edificys, Tabernis, ortulanys, Scultecys, advocacys, Censibus, redditibus, laboribus, servicys, Oneribus, dacys, honoribus, predys, frumentis, Segetibus, Seminibus, Agris, pratis, Campis, Silvis, Borris, Gays, Rubetis, quercetis, Nemoribus, venacionibus, Aucupys, mellificys, apibus et melle ex eis proveniente, piscinis, piscaturis, piscinarum demissionibus, piscinis vivarys, fluvys, fluminibus, torrentibus, Aquis et earum decursibus, Molendinis aquaticis, equestribus et ventilibus, eorumque emolimentis universisque alys utilitatibus, fructibus, redditibus et obvencionibus, quibuscumque dicantur nominibus, Ita late et longe, prout ipsa villa in suis limitibus consistit ab alys distincta, Cum omnique Iure dominio et proprietate, nichil Iuris, dominy et proprietatis Nobis successoribusque Nostris in villa predicta reservando. Quam villam Coslow Nos ab omni expedicione Bellica, Regia quoque Iurisdicione (*sic*) eximimus, Eamque in Ius et proprietatem Ecclesie menseque Archiepiscopalis Leopoliensis reponimus, omnes et prerogativas, libertates et emunitates, que per olim Antecessores Nostros Antecessoribus dicti domini Andree Roza Archiepiscopi Alysque Bonis mense Archiepiscopalis sue sunt concesse, ville predicte concedentes, dantes quoque, tenore presencium mediante, in perpetuum, Pari quoque modo, ut ex villa eadem Coslow

---

[1]) Kozłów, porównaj nr. CXI, CXII, CXVI, CXIX i CXXVI.

ipse dominus Andreas Archiepiscopus vel sui successores, pro tempore existentes, possint licite et libere Opidum erigere et locare in loco eiusdem hereditatis competenciori, tali modo et ordine, quemadmodum Opidum Archiepiscopale Dunayow est locatum et errectum (*sic*). Cui Opido sic erigendo omnes prerogativas, exempciones, privilegia, Indulta unacum Theloneo alysque libertatibus, emmunitatibus et gracys, quibus dictum Opidum Dunayow et alia Bona mense Archiepiscopalis in genere vel in specie sunt dotata ipsisque gaudent et utuntur, damus, donamus et concedimus in perpetuum ac in evum. In cuius Rei testimonium Sigillum Nostrum presentibus est subappensum. Actum Sandomirie feria sexta infra octavas Sacratissimi Corporis Christi (*27 Maja*) Anno eiusdem millesimo quingentesimo secundo, Regni vero Nostri primo, presentibus ibidem Illustrissimo principe Reverendissimoque domino Frederico miseracione divina Sacrosancte Romane Ecclesie tituli sancte Lucie in septem Solys presbitero Cardinali, Archiepiscopo Gneznensi et primate et Episcopo Cracoviensi, Germano Nostro charissimo, Reverendisque in Christo patribus dominis Creslao Wladislaviensis et Regni Nostri Cancellario, Mathia Chelmensis Ecclesiarum Episcopis, Necnon Magnificis, Generosis et Venerabilibus Spytkone de Iaroslaw Castellano Cracoviensi, Iohanne de Tarnow Sandomiriensi, Nicolao de Curozwanky Lublinensi, Stanislao Kmytha de Wyssnycze Belzensi palatinis, Iohanne polab Gneznensi, Stanislao de Chotecz Leopoliensi Castellanis, Iacobo de Schidlovyecz Thezaurario Regni Nostri, Iohanne Rapssinsky de Thanczin Curie Nostre Marsalco, Iohanne de Lassko Wladislaviensi decano primo, Nicolao de Bartnyky Custode plocensi, Secretarys Nostris, Iohanne de Sprowa Vexillifero, Martino de Skothnyky Iudice Sandomiriensibus et Petro de Wroczymowicze Incisore Nostro, Alysque compluribus consiliarys et Curiensibus Nostris fidedignis testibus ad premissa, Sincere devote et fidelibus dilectis. Datum per Manus prefati Reverendi in Christo patris domini Creslai Episcopi Wladislaviensis et Regni Nostri Cancellary, Sincere Nobis dilecti.

Creslaus Episcopus et Regni Polonie Cancellarius subscripsit.

Relacio eiusdem Reverendi patris domini Creslai Episcopi Wladislaviensis et Regni polonie Cancellary.

Oryginał na wielkim arkuszu pergaminowym w arch. arc. metr. lwowsk. obrz łac. (Nr. XLI). Na sznurach jedwabnych koloru karmazynowego zawieszona pieczęć woskowa królewska większa, na wosku czerwonym wyciśnięta (taka sama jak u Działyńskiego, Statut litewski, tabl. IX, nr. 1). Na odwrotnéj stronie pergaminu między innymi napis:

In Trebowla exhibeatur charta introclusa et privilegium presens habeatur in promptu.

Dokument ten oblatowany roku 1643 feria sexta infra Octavas Corporis Christi w grodzie lwowskim (Acta Castr. Leopol., rok 1643, t. 394, str. 1063 i nast).

# CXXXIII.

**Alexander zwalnia mieszkańców Honiatycz na lat piętnaście od wszelkich obowiązków dla grodu lwowskiego i uwiadamia o tém Stanisława z Chodcza, kasztelana i starostę lwowskiego. 1502.**

**Alexander** Dei gracia Rex Polonie Magnus dux Lythwanie, Russie Prussieque Dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis, Quia attentis dampnis hominum de Villa Honyaticze[1]) Capituli Leopoliensis, quibus affecti sunt superioribus annis per Turcos et Tartaros, dum terre Russie depopulabantur, ipsos ad peticionem Venerabilis Crowyczky Decani Leopoliensis devote nobis dilecti ab omnibus Stacionibus et Laboribus, quas ex Iure eorum et veteri consuwetudine solvere ad Castrum nostrum Leopoliense consweverunt ad quindecim annos absolutos fecimus et Tenore presencium absolvimus. Quo circa Tibi Magnifico Stanislao de Chodecz Castellano et Capitaneo Leopoliensi moderno et alys Capitaneis futuris Committimus et Mandamus, ut predictos homines de Honyaticze ac nostra Concessione Tam in Laboribus quam in Stacionibus libere uti permitatis (*sic*) et permiti (*sic*) faciatis pro gracia nostra. Harum quibus Sigillum nostrum anulare est appensum testimonio literarum. Datum in Lublin feria tercia proxima ante Vitti (*14 Czerwca*) Anno domini millesimo quingentesimo secundo, Regni vero nostri Primo.

Relacio Venerabilis Ioannis de Lasko Regie Maiestatis Supremi Secretary.


Oryginał na ćwiartce pergaminowéj w arch. kap. metr. obrz. łac. (Loc. XIII nr. 6). Na pasku pergaminowym zawieszona była pieczęć, która zaginęła.



[1]) Honiatycze wieś w powiecie rudeckim.

# Index*)

## personarum, pagorum, urbium, oppidorum, castrorum, villarum, silvarum, fluminum, rivorum etc. in tabulis hisce occurentium.





*) Wszystkie imiona osób uporządkowano w Indexie według nazw familijnych a nie według imion chrzestnych, tak więc Jana z Tarnowa wypadnie szukać pod Tarnowem a nie pod Janem, Abrahama z Baranowa pod Baranowem a nie pod Abrahamem i t. d.; tylko te osoby, których imiona chrzestne w dyplomach podano bez imienia familijnego, umieszczono pod imieniem chrzestném. Królów polskich i wszystkich urzędników ruskich i lwowskich, jako tych, którzy w dyplomatariuszu najczęściej się znachodzą, uporządkowano systematycznie pod nazwami *Polonia*, *Russia*, *Leopolis*.

*) Nazw w texcie łacińskim od tej litery się zaczynających a tutaj nie pomieszczonych należy szukać pod literą K.

Pag.

## D.

## H.

## K.

## M.

## Q.



## R.

## T.

## U.



## V.



## W.



# Spis słów i zwrotów niełacińskich

**zawartych w dyplomach tutaj wydrukowanych.**



## SPIS RZECZY.

strona

# Sprostowania.

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Str. | 3 | w adnotacyi | wiersz | 1 | zamiast: | *in Kukomessze* | czytaj: | *in Rukomessze.* |
| „ | 16 | w texcie | „ | 15 | „ | кезиездьсницкни | „ | безиездьницкни. |
| „ | 24 | w adnotacyi | „ | 4 | „ | *zadeceduje* | „ | *zadecyduje.* |
| „ | 24 | w adnotacyi | „ | 17 | „ | *królową* | „ | *królowę.* |
| „ | 60 | w texcie | „ | 11 | „ | *propensitate demum* | „ | *propter deum.* |
| „ | 61 | w texcie dok. XXXVII | „ | 1 | „ | *Wislicensis* | „ | *Wisliciensis.* |
| „ | 61 | w texcie dok. XXXVII | „ | 3 | „ | *habituris* | „ | *hababituris (sic).* |
| „ | 62 | w nagłówku | | | „ | 1413 | „ | 1414. |
| „ | 76 | w adnotacyi | „ | 1 | „ | *Przemyślańskim* | „ | *Przemyskim.* |
| „ | 123 | w texcie | „ | 9 | „ | *patrem et matrem* | „ | *patrem et Claram matrem* |
| „ | 138 | w nagłówku | | | „ | *z Uniatycz* | „ | *z Honiatycz.* |
| „ | 138 | w adnotacyi | „ | 1 | „ | *Uniatyeze* | „ | *Honiatycze.* |
| „ | 138 | w adnotacyi | „ | 1 | „ | *Drohobycz* | „ | *Rudeckim.* |
| „ | 173 | w texcie | „ | 1 | „ | *Brzuchnal* | „ | *Bruchnal.* |
| „ | 233 | w texcie | „ | 18 | „ | *Zarvalowsky* | „ | *Zawalowsky.* |

Doc. 12

mus tenor
fidelis nr
pteīr om
um curam
s begvinnus
quilibet
ha villa
ptherias
rent : Dete
omnibus
nori Venti
tue et quete
cum cato
in testimonio
stacones
uadringen

Doc. [illegible]

Hanc literam exemit anno d[omi]ni [illegible]

Wladislaus dei gr[aci]a Polonie Hungarie Dalmacie Croacie etc. Rex Lithuanieque Princeps Supremus et Heres Russie etc. Significamus tenore
presencium quibus expedit universis [illegible] attendentes studiosa et assidua obsequia [illegible] Mykolay [illegible] de [illegible] fidelis n[ost]ri
[illegible] quibus Maiestati n[ost]re in [illegible] n[ost]ro Hungarie regno [illegible] complacuit et [illegible] prestamus complacere poterit [illegible]
futurum [illegible] et aliorum suorum [illegible] [illegible] nostrarum [illegible] Ciwlatem [illegible] nostrarum [illegible] favoribus sibi villam [illegible]
[illegible] in terra Russie et [illegible] [illegible] ad tempora vite sue et post vitam suam suis successoribus seu heredibus legitimis
in et super villa prefata [illegible] Marcas communis [illegible] et [illegible] [illegible] quadraginta octo grossos in quantibet
marcam computando [illegible] annis et dominus [illegible] cum omnibus et singulis eiusdem ville [illegible] villa
[illegible] fructibus Censibus proventibus redditibus [illegible] Silvis [illegible] nemoribus [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et emolumentis [illegible]
[illegible] attinenciis pertinenciis et appendiis universis ad prefatam villam [illegible] spectantibus et pertinentibus [illegible] nominibus
seu vocabulis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] suos successores ita et tamen [illegible] huiusmodi Centum
Marcas [illegible] nos [illegible] successores [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] habendam tenendam [illegible] pacifice et quiete
possidendam [illegible] post [illegible] et [illegible] [illegible] Centum Marcarum possessio ville ipsius [illegible] in tanto
ad nos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in omnibus [illegible] quibus Sigillum [illegible] est appensum testimonio
literarum hoc [illegible] [illegible] ex ipsa villa [illegible] [illegible] [illegible] pro [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] Bude feria secunda [illegible] festum [illegible] proximo Anno domini Millesimo quadringen
tesimo [illegible]

[illegible] Rex [illegible]